UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

Julius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48281

Visual Library

# JULIUS.

## I.

*Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat, aperi oculos tuos, & ſaturare panibus.* Prov. 20. v. 13.

1. COnſidera, quanto ſtudio Dominus caverit, ne populus ſuus in Deſerto ſomnum diligeret. Ideo ſolebat illi manna ſubminiſtrare non tantùm in dies, ſed adeò tempeſtivè, ut ad primum ſolis radium colliqueſceret. Unde, cui curæ non erat ad id colligendum citò exire ſub auroram, aliud eo die non poterat niſi jejunare. cur iſtud? ut conſtaret, in hac peregrinatione noſtrâ mortali non eſſe permittendum gravari nos ſomno, ſed hunc potiùs maturè diſcutiendum, ut illo Cœleſti reficiamur alimento, quod in itinere tam laborioſo neceſſarium nobis eſt. Alimentum iſtud oratio eſt, quæ ſemper DEO placet, maximè verò primo diluculo. Et nequis fortè exiſtimet interpretationes iſtas plus habere ſanctæ devotionis, quàm ſolidi roboris, ecce, quid DEUS ad litteram conſignari juſſerit de illo mannâ ſuo populo conceſſo. *Quod ab igne non poterat exterminari, ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat: ut notum omnibus eſſet, quoniam oportet prævenire ſolem ad benedictionem tuam, Domine, & ad ortum lucis te adorare.* Ad hunc DEI genium videtur alludere voluiſſe ſapiens, cum dixit: *Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat: aperi oculos tuos, & ſaturare panibus.* Videtur bene cognoviſſe id, quod accidere quotidie videmus, nempe eum, qui non tempeſtivè conſurgit ad faciendam orationem, eam deinde vel omnino omittere, vel negligenter peragere. Quam tu hujus rei curam habes? ſi quando ſomnus te invitat ad longiorem in lecto quietem, quàm oporteat, tibi ipſi ſuggere verba Sapientis modò allegata: *Noli diligere ſomnum &c.* & videbis illa tibi pro ſtimulis futura ad ſurgendum è plumis illis infelicibus, in quibus non neceſſitas, ſed ſomnolentia detinet. *Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi. Sicut ſtimuli*, ut ad bonum nos incitent, & *quaſi clavi*, ut à malo retineant. Eccleſ. 12. v. 11.

2. Conſidera, dum Sapiens dicit: *Noli diligere ſomnum*, palàm eſſe, eum non vetare ſomnum convenientem, ſed nimium. & ſi hunc vetat, juſtiſſi-

mam habet cauſam vetandi; quia ſomnus affert pigritiam, pigritia affert otium, otium negligentiam, negligentia paupertatem. Hæc eſt catena malorum adeò cohærentium, & connexorum, ut Sapiens uſurus compendio illico tranſeat à primo ad ultimum: *Noli diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat.* Quænam iſta egeſtas, quam affert in caſu noſtro? Eſt miſera egeſtas Spiritûs, deterrima omnium. quia ſi manè te patiaris ſeduci à ſomno, vel oratione uſitatâ te omnino non reficis, vel ſi reficias, id agis tam obiter & parcè, ut nullus inde ad operandum bene accedat vigor, in quo tamen vera demum opulentia conſiſtit. Hinc adverte non dici: *Noli diligere ſomnum, ne te fames opprimat,* ſed *ne egeſtas.* quia qui corporali cibo non paſcitur, equidem fame ſe opprimi ſentit, ſed non ita, qui cibo non paſcitur ſpirituali, de quo potiſſimùm hîc ſermo eſt. nam iſte potiùs amittit famem, ſed deinde opprimi ſe ſentit egeſtate. Cùm enim boni aliquid agere ſtatuit, non habet in ære ſuo, quod ſufficiat ad hoc præſtandum: cedit cuivis minimæ ſuggeſtioni diaboli, non fert leviſſimam injuriam, non tolerat vel modicam adverſitatem, non ſuſtinet vel unum inſultum ex his, qui quotidie occurrunt. *Percuſſus ſum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.* Pſ. 101. v. 5. & ubi unquam invenitur aliquis, qui obliviſcatur ſumere cibum corporis? quò minùs ſumit, eò recordatur magis eum eſſe ſumendum, quia creſcit fames. Q... quem quis obliviſcitur ... ille Spiritûs, quia longiore ... ſat fames. Sed hoc demum ... homo pauper fiat ſimilis ... to ad ſolem. Hæc eſt egeſta... vera te opprimit, quæ vires ... ſternit.

3. Conſidera, quàm ap... ſubjungat Sapiens: *Aperi ocu... & ſaturare panibus.* Aperi... oculi tam corporis quàm ... Oculi corporis, excutiendo ſo... oculi animi eos defigendo in ... platione veritatum, quas ... ſumpſiſti meditationis tuæ ... & hac demum ratione fru... bus, quibus JESUS nutrit ... hujus Mundi Deſerto. *Satura... nibus.* Panes iſti ſunt duo. ... paſcit Intellectum, alter Volu... ille conſiſtit in cognitionibus, ... homo in oratione citra ... DEO accipit, vel ipſe inqui... in affectibus. Sed quis exp... ter iſtorum ſuavitatis plùs ... Cùm igitur audis nominari ... noli faſtidire, nam de pane hîc ... ſed Cœleſti. an fortè putas ... iſtum eſſe noſtro ſimilem, ... ſulſum, panem inſuavem? ... quam. Imò is eſt, cujus typ... manna, qui proinde melius, ... iſtud in ſe continet omnium ... tem ſaporum. *Panem de cœlo ... tiſti eis, omne delectamentum in ſe ha... bentem.* Sap. 16. Dum ... piens tibi hîc dicit: *ſaturare pa...* ne credas eum velle te ſatiari ...

rido, cùm probè ſciat orationem aliàs in Pſalmis dictam eſſe convivio ſimilem: *Juſti epulentur in conſpectu Dei.* Pſ. 64. v. 4. Vult æquè te ſaturari delicijs, quibus fruitur anima tam in cognoſcendo DEO, quàm amando. Deliciæ iſtæ non ſunt frivolæ, & falſæ, ſicut illæ Mundi, ſed ſolidæ, & ideo exprimuntur panis nomine potius quàm alterius cibi, ad deſignandum ſingulare robur, quod dant animæ: *Panis cor hominis confirmat.* Cæterùm quas mundus unquam cupedias apponet, quæ poſſint æquare panes, quibus homo paſcitur in illo ſuo cum DEO commercio? Illæ voluptatem afferunt ſuperficiariam, quæ non tranſit palatum, iſti delectationem pariunt profundam, quæ pertingit ad cor. *Inventi ſunt ſermones tui, & comedi eos, & factum eſt mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei.* Jer. 15. v. 16. *in gaudium*, quo nempe tunc fruitur intellectus, *in lætitiam*, quam ibi experitur voluntas, quæ ſunt duæ facultates cordis nomine comprehenſæ. Deinde an neſcis, quales ſint omnes cupediæ Mundi virulenti? ſunt velut cibi noxij, qui quantùm blandiuntur illâ dulcedine modicâ, quam inſinuant, dum hærent in palato, tantùm affligunt amaritudine plurimâ, quam in ſtomacho pariunt, dum è contrario panes Cœleſtes & delectant, & juvant. Atque idcirco etiam panes appellantur, ut intelligas cibum eſſe ſecurum, cibum ſalubrem, & ægris quoque conducentem. Taceo, quòd nomen Panis idiomate Divino non arctatur ad unum cibi genus, uti noſter, ſed omnes complectitur. & ideo hîc ponitur ad ſignificandum tam cognitiones, quàm affectus, quibus in eo, de quo loquimur, beato convivio nutritis. Ut ut ſit, ſuas Mundo relinque dapes & cupedias omnes, quas liberaliter volentibus offert. tu apprehende panes, datos à Domino, atque his ſatiare. *Saturare panibus*, ſi tamen ſatiari poſſis unquam, adeò ſemper eorum creſcet fames.

## II.

# Viſitatio B. Virginis.

*Recupera proximum ſecundùm virtutem tuam: & attende tibi, ne incidas.* Eccl. 29. v. 27.

I. Conſidera, quanta ſint debita, quæ te illi Domino obſtringunt: qui jam inde ab æterno te elegit ad gloriam, te condidit, te conſervavit, te naſci dedit in medio orbis Chriſtiani, te expectavit ad pœnitentiam, admiſit ad veniam, & demum eò proceſſit, ut in duro crucis patibulo pro te mo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

moreretur. Niſi cor tibi ſit Tigridis, meritò contabeſcere te oporteret deſiderio vices aliquas reddendi. Sed quid reddes ? Ipſe ditiſſimus eſt : non eget quoquam, magnus eſt, glorioſus eſt. in quo ergo gratum te illi exhibebis ? Ecce illud. in eo faciendo, quod hodie Virgo fecit, lucrando, inquam, animas, quas potes. Credendum quippe eſt, ſicut ipſe per ſe adeò dives eſt, ita pauperrimis & miſerrimis quibuſque ceſſiſſe jus, quod in te habet. Nominatim ceſſit illud animabus, quæ, cùm adjutorem non habeant, ad interitum properant. Quodſi igitur velis, ut ille ſatisfactum ſibi dicat, fac in utilitatem ſervorum, quod facere in utilitatem Domini non potes. Hoc eſt exemplum, quod hoc fauſto die Maria tibi præbuit. Quamprimum advertit tanto favore ſe beatam, quantus eſt aſſumi ad dignitatem Matris Divinæ, quid egit, ut beneficio reſponderet ? an fortè cubili ſuo ſe abdidit, ut ſolùm cantatis hymnis DEUM laudaret ? neutiquam. Statim tranſijt montana Judææ filio ſuo Benedicto cooperatura ad ſalutem animarum. Ivit ad inviſendam cognatam Eliſabetham non pro ſalutationis vel gratulationis officio, non vanâ curioſitate vidɛndi, verúmne eſſet, quod illi prænunciabat Archangelus, ſed ut eâ occaſione DEO redderet tenerum Præcurſorem ab infernali prædone ipſi ereptum. Si genuinus es filius tantæ Matris, ejus inſiſte veſtigijs. Et ideo puta tibi hodie ore ipſius dici pulcra iſta Eccleſiaſtici verba, qui-

bus tibi non tantùm præſcrib[...] ſed & norma agendi. *Recupe[ra pro]ximum tuum ſecundùm virtutem [...] & attende tibi, ne incidas.*

2. Conſidera, quis ſit iſte, [...] te recuperari oporteat ? Eſt p[...] tuus. *Recupera proximum,* [...] inquam, proximum, quem [...] re incumbit ſicut te ipſum. [...] *proximum tuum ſicut te ipſum.* [...] ergo omnis alia ratio abeſſet, [...] quid vel hæc ſola ſufficeret ? [...] ritatis te obligat, ut damna [...] perinde ſentias ut tua, *flere* [...] *tibus.* Porrò ſi ſint damna, [...] major debeat eſſe ſenſus, [...] ſpiritualia, quia ex una parte [...] ximè ipſi nocent, ex aliâ verò [...] nimè dolet, cavétque. In[...] mancipij rectà duci ſe patitur [...] num, quin vel minimùm reſi[...] *venes mei abierunt in capti[vitatem]* *Non ducti ſunt*, ſed *abierunt* [...] 1. v. 18. unde tantò magis op[...] liquo, qui accurrat ad rep[...] ruinam. Æger ſe juvat in[...] medicum, qui ſanet. Fame[...] juvat quærendo, qui reficiat, [...] dus ſe juvat inveniendo, qui [...] let, nudus ſe juvat itidem [...] do, qui illum in frigore oper[...] è contrario peccator non [...] non quærat, qui miſeræ [...] tati ipſum eripiat, ſed ſæpe [...] ſpuat : *Pretium meum cogi[taverunt]* *repellere.* Pſ. 61. Itaque ſi p[...] tuo ſuccurrere teneris etiam [...] neceſſitatibus corporis, qui[...] ſe eximere ſe ſtudet, quam[...]

gis in ſpiritualibus , quas non æſtimas?

3. Conſidera, ſi tibi recuperandus eſt proximus, utique recuperandum eſſe de manibus alicujus, qui rapuit. quis ille? diabolus. ipſe eſt, qui auſus eſt in captivitatem abſtrahere. vide ergo, num conveniat, ut prædoni tam improbo relinquas impunè, quod tam malè poſſedit. non hoc patitur Juſtitia, non patitur Charitas. Non patitur Juſtitia, quia æquum non eſt arrogantem illum ſemper inſultare DEO, qui eum è cœlo egit præcipitem, ceu plùs virium habeat ipſe ad vacuandum cœlum, quàm habeat Chriſtus ad illud implendum. Non patitur Charitas, quia non eſt ordinarius prædo, qui ex cupiditate habendi captivas ducat animas, ſicut faciunt prædones Barbariæ, ſed hoc agit ex rancore, agit ex rabie, & odio implacabili, quibus illas proſequitur, ideo captivat, ut deinde in tormentis detineat æternis. *Ad conterendum erit cor ejus.* Iſ. 10. v. 8. Itaque ſi aliquâ proximi tui miſeratione tangeris, cùm is celoce captus abducitur Algerium, unde tamen lytro poteſt redimi, quomodo non ejuſdem te miſeret, quando vides ipſum captivum duci ad inferos, ubi *non eſt, qui redimat?* Pſ. 7. v. 3.

4. Conſidera, ſi recuperandus eſt proximus, eum eſſe recuperandum alicui, qui perdiderit. Equis ille? Chriſtus JESUS. ô quantum ille fecit aliquando ad recuperandas animas, quas tamen vides ab hoſte ſuo poſſeſſas! de cœlo in terram deſcendit, laboravit, ſudavit, omnem ſanguinem profudit: & nihilominus etiam de cruce cernere neceſſe eſt, ut pereant. Hoc eſt, quod movere maximè te debet ad opem illis ferendam. cogita, illas animas, quas ſaluti reddis, illas adeò abjectas, & abominabiles, eas ipſas eſſe, pro quibus in Cruce mori DEI Filius voluit. *Pro quibus Chriſtus mortuus eſt.* 1. Cor. 8. v. 1. Vide ergo, quàm præclaram rem agas, cùm recuperas proximum è ſervitute dæmonis, quâ detinetur. Concurris cum JESU Chriſto ad redemptionem generis humani, opus nempe, quod mundus viderit, maximum, ejus adjutor & ſocius es, quis igitur ſatis explicet, quantum inde gratiæ conſequaris? *DEI ſumus adjutores.* 1. Cor. 2. v. 9.

5. Conſidera, quantum hæc incitamenta te movent ad redimendum proximum de manibus inimici, tantùm fortè te retrahi ob virium debilitatem, quaſi ijs dotibus non ſis præditus, quæ requiruntur. Sed ad tollendam excuſationem tam frigidam is, qui dicit: *Recupera proximum*, illico adjungit, *ſecundùm virtutem tuam.* non potes tonare è ſuggeſto, prout tot faciunt Zeloſi præcones, in aberrantes, non potes eos quærere per vias, non potes extrahere ſylvis, ſed quid refert? hoc age, quod potes juxta conditionem ſtatûs tui, juxta ſcientiam, & virtutem tuam. quid autem agere non poteris, ſi vel parùm habeas veri Zeli? Zelus eſt amor.

*R. P. Pauli Segneri Manna Animæ.* Iii Amor

Amor autem quàm ingenioſus eſt ad faciendum bene! Id in Virgine videbis, quæ ſpecie civilitatis communis tam dextrè viam ſibi aperuit ad unam animam citò eximendam peccato. Animæ non tantùm obtinentur ſtrepitu concionum; ſed etiam ſibilo auræ tenuis: *ſibilabo eis, & congregabo illos.* Zach. 10. v. 8. Obtinentur admonitionibus privatis, obtinentur correptionibus particularibus, obtinentur precibus, obtinentur pœnitentiæ operibus, obtinentur lacrymis, obtinentur ſacrificijs quotidianis, obtinentur, ut deſint alia, vitæ bonæ exemplis. Sufficit, ut velis verè operari *ſecundùm virtutem tuam*, hoc eſt pro virili parte, ut eâ de re cogites, ſpeculeris, ſtudeas, ô quantum, quiſquis es, brevi temporis ſpatio proximo tuo poteris afferre commodi! *Non enim in ſermone eſt regnum DEI, ſed in virtute.* 1. Cor. 4. v. 20.

6. Conſidera ſimul ac tibi dicitur, ut, quantum potes, allabores ſaluti proximi, etiam addi hoc monitum benevolum, ut interim attendas tibi, ne perdas te ipſum: *Et attende tibi, ne incidas.* Quis ſecurior ab omni periculo culpæ, quàm Maria Virgo [...] peccare non poterat? & tamen [...] ſerva, quàm cautè inceſſerit per [...] tana Judææ, quàm celeriter [...] ſolicitè, ceu timeret etiam [...] rum diſcrimina. *Abijt cum feſtina*[...]*tione.* quamtumvis fidam com[...] trones cuſtodiam DEUM [...] ſtaret. Te igitur quid facere [...] tet, qui pronus es ad malum [...] impendere te velis proximo [...] ti, ſæpe eruendi erunt è foſſ[...] profundis, tam lubricis, ut illi[...] appropinquare non careat pe[...] maximo. Unde dici audis: [...] *de tibi, ne incidas.* non ait, *ne* [...] quia cadere etiam proprium e[...] qui ſe ſponte præcipitat. Si[...] tur: *Ne incidas*, quod eque [...] proprium cadentis, ſed prox[...] tatem. Non ſufficit eò valere [...] intentione rectâ alijs ſuccur[...] opus eſt procedere circumſpe[...] cautè, ne, dum manum [...] proximo, ut illum è foſſa [...] ipſe fortior te trahat deorſum [...] *vertentur ipſi ad te, & tu non* *verteris ad eos.* Jer. 15. v. 19.

## III.

*Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum [...] ſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmu[...] nec viciſſitudinis obumbratio.* Jac. 1. v. 17.

1. Conſidera id, quod hoc loco maxìmè propoſitum eſt S. Jacobo, eſſe, ut te excitet ad ea omnia [...] da à DEO, quæ tibi præ [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceſſaria ſunt, cùm à DEO cuncta procedant: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt.* Quidquid boni dari tibi à DEO poteſt, ab ipſo procedit, vel ut ab Autore Naturæ, vel ut ab Autore Gratiæ: ſi illum ſpectes ut autorem naturæ, ab ipſo venit *omne datum optimum*; ſi ſpectes ut Autorem Gratiæ, ab ipſo venit *omne donum perfectum.* Bonum Naturæ dicitur *datum*, quia etſi in radice ſuâ ipſum quoque ſit donum, habet tamen aliquam cum accipiente proportionem. Bonum Gratiæ dicitur *donum*, quia nihil omnino habet proportionis, ſed eſt planè gratuitum. *Alioquin gratia jam non eſt gratia.* Rom. 11. v. 6. Dato adjungitur prædicatum Optimi, *datum optimum*: quia tres ſunt gradus ejuſmodi boni, nempe eſſe, vivere, intelligere. Bonum eſt eſſe, ſed commune etiam ſaxis. meliùs eſt vivere, ſed commune etiam brutis. optimum eſt intelligere, & hoc eſt proprium hominis. atque hoc eſt, quod petere à DEO oportet, quia hoc eſt bonum præſtantiſſimum, quod dare tibi poſſit ut Auctor naturæ: petere, ut res omnes ritè intelligas: *Da mihi intelligentiam.* 2. Par. 1. quia ab intelligentiâ bonâ plurimum pendet operatio bona: *Noluit intelligere, ut bene ageret.* Pſ. 35. v. 4. Atque ſic vides de hoc ſolo hìc fieri mentionem: *Omne datum optimum.* De bono, déque meliore ſermo non eſt: quia eſſe, quod eſt bonum, non petitur: vivere, quod eſt meliùs, peti non dicitur, quia tota vel brevioris, vel longioris vitæ cura DEO eſt permittenda. Dono adjungitur Epithetum Perfecti, *donum perfectum*, quia bonum, quod à DEO accipimus ut Autore Gratiæ, quatuor in ſe gradus complectitur, Elevationis, Redemptionis, Juſtificationis, & Glorificationis. Elevationem ad ſtatum ſupernaturalem facilè agnoſcis fuiſſe nobis bonam. Redemptio fuit etiam melior; quid enim poſt lapſum profutura nobis erat elevatio ad hunc ſtatum, niſi Chriſtus proprio ſanguine reparâſſet? Juſtificatio eſt optima: quid enim nos juvat eſſe Redemptos à Chriſto, ſi juſti non ſimus? Glorificatio eſt perfecta, nam quid prodeſt eſſe juſtos, niſi ope perſeverantiæ etiam coronari contingat? atque hæc eſt, quam petere præcipuè oportet, nempe Perſeverantia finalis, donum omnium maximum, quod dari tibi poſſit ab ipſo ut Autore Gratiæ. Bonum Elevationis & Redemptionis non petitur, Juſtificationis autem in te jam præſupponitur ab Apoſtolo, dum invitat ad petendum donum quoque perfectum. Secus enim quomodo petas à DEO perſeverare in ſtatu Juſtitiæ uſque ad finem, ſi nondum attigeris hunc ſtatum? Et hinc intelligis conditionem boni, quod à DEO petendum eſt. Unum eſt *datum optimum*, hoc eſt, intelligere bene, quidquid juvat ad bene operandũ. Alterum eſt *donum perfectum*, hoc eſt, perſeverare in bono uſque ad mortem majore ſemper gratiæ incremento.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Conſidera *omne datum optimum*, quod reperiri poſſit in quocunque mortalium, & *omne donum perfectum*, verè eſſe à DEO : *de ſurſum eſt.* nam à te ipſo quid potes ? nihil omnino. & ideo ſumma eſt, quæ te ſtringit, neceſſitas cuncta petendi à DEO. neceſſitas eſt petendi *datum optimum*, ſeu intelligere, quia licet DEUS jam dederit facultatem intelligendi, ſibi reſervavit actum, hoc eſt, intelligentiam : *Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Job. 32. v. 8. major eſt neceſſitas petendi *donum perfectum*, quæ eſt perſeverantia finalis, quia, quantumvis DEUS dederit eſſe juſtum, atque adeò potentiam perſeverandi, quæ eſt gratia juſtificans, non idcirco dedit actum, ſeu perſeverare. ad hoc enim, uti docet S. Auguſtinus *de bono perſeverantiæ*, opus eſt aliâ gratiâ diſtinctâ à Juſtificante, & eſt illa, quâ DEUS ſuaviter te comitatur uſque ad mortem removendo obſtacula omnia, quæ facere poſſunt, ut excidas ſtatu illo tam nobili, in quo verſaris, téque ſtimulando ad bonum, confortando, corroborando, protegendo, quæ, uti vides, gratia eſt multas alias complectens, & quam mereri nunquam poſſis, ſaltem condignè, ut fides docet, obtineri verò poteſt oratione aſſiduâ, quæ in hunc finem ordinatur, nempe ut à DEO per miſericordiam impetret, quod per Juſtitiam nemini debetur. *Neque enim in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus*
*tuis multis.* Dan. 7. & ſic ...
tam *datum optimum*, quàm ...
*perfectum de ſurſum eſſe deſcend...*
*Patre luminum.* unde hoc loco præ-
cipuè vocatur DEUS *Pater lum...*
quia ipſius tanquam Patris lum...
naturalium eſt dare *datum opti...*
nempe intelligere, & ipſius tan...
Patris luminum ſupernaturalium
dare *donum perfectum*, nempe ...
verare ; quia iſta perſeverantia ...
tur à gratiâ, quæ maximè con...
cogitatione bonâ. Ita eſt ; ...
admodum ſol non ſolùm illu...
ſed calefacit, nec ſolùm calefa...
vivificat ; ita facit DEUS ma...
ter luminum ipſo ſole, ſuâ ſancti...
gratiâ. Non ſolùm illuminat ...
lectum, ſed voluntatem inflam...
nec tantùm voluntatem inflam...
ſed vigorem tribuit, ut ſcias, ...
& poſſis exequi cum facilitate ...
illud, quod ad finem uſque ...
gat, quod reverà eſt *donum per...*
3. Conſidera, cognito, quàm ...
tendum à DEO, & quæ ſit ...
te obligans ad petendum, ſup...
ut intelligas facilitatem obtin...
quod petis, ut tantò magis ad pe...
dum exciteris. Quid quæſo fa...
quàm obtinere lumen à ſole, ...
*luminum* ? & talem audis eſſe DE...
imò longè melior ſol eſt, quàm
quem oculis intueris. quippe ...
tumvis ſol iſte corporeus nullam
ſe ipſo patiatur mutationem, ...
dem ſemper modo fons lucis ...
inexhauſtus, nihilominus ſi non ...
ipſo, in ſuo tamen effectu viciſſ...

nem patitur, dum modò ſupra Horizontem emergit, mox occidit, nunc recedit, nunc appropinquat, nunc ſurſum, nunc deorſum ferrur, & ſic non ſemper æqualem ab ipſo lucem, quam deſideras, potes conſequi. non ita Sol Divinus. is enim non in ſe duntaxat mutationi non eſt obnoxius, quia ſemper *Idem ipſe eſt*. Hebr. 1. ſed neque viciſſitudini. atque hoc eſt, quod dicitur: *Apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* ceu dicat: *Apud quem non ſolum non eſt transmutatio*, quemadmodum in ſole iſto materiali contingit, *ſed nec viciſſitudinis obumbratio*, quod minimum quantum in ſole accidit, qui proin dicitur *Alter & idem* non *Idem ipſe*. Ita eſt, in ſole etiam Divino *eſt obumbratio*, ſed non eſt *obumbratio viciſſitudinis*, quæ ſcilicet, uti in ſole materiali, proveniat ab ipſo curſu & motu ſolis, ſed unicè oritur à nubibus, quæ levantur, oritur ab ingratitudine crebrâ, quam uſurpamus. *Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.* Thr. 3. v. 44. Vides proinde obſtaculum, quo lumen tibi eripitur, non à ſole, ſed à te ipſo proficiſci. Tute tibi nubem objicis, quæ obumbrat; *Oppoſuiſti nubem tibi*, non *illi*: quia *obumbratio* non ſolùm *non eſt in illo*, ſed nec eſt *apud illum*, *eſt apud te*. Tempeſtivè nubem remove gratum te exhibendo pro beneficijs, quæ identidem à Domino recipis, & videbis, quàm facile ſemper futurum ſit omnia impetrare.

4. Conſidera, quomodo denique dicatur: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum.* An advertiſti verbum illud *Deſcendens*? non ait *Cadens*, ait *Deſcendens*, quia bona de cœlo non caſu decidunt, uti ſtulti ſibi imaginantur, ſed cum magnâ conſideratione deſcendunt: & ſic etiam deſcendunt gradatim, quæ eſt propria ſignificatio, in quâ poſſit vox iſta uſurpari. Imber de cœlo cadit, lumen ſolis non cadit inſtar imbris, ita eſt, ſed demittit ſeſe ſaltem oculorum æſtimatione; at non ideo deſcendit, quia non venit per gradus, ſed tota ſimul allabitur. non ita lumen Divinum. iſtud deſcendit, ſicut Angeli deſcendebant, qui id afferebant dormienti Jacob in illâ ſuâ celebri viſione, per ſcalam. quippe ſi primo beneficio cælitus accepto reſpondeas, quod eſt primus quaſi gradus, DEUS procedit ad faciendum alterum, & tum ad tertium, atque ita deinceps. Nimium proinde falleres te ipſum, ſi crederes te poſſe omnia ſimul conſequi. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt*, ſed *deſcendens.* & hinc concludere te oportet duo eſſe capita, quæ facultatem tibi tribuant facilè obtinendi à DEO illa beneficia, quæ in oratione poſtulas, primum eſt non eſſe ingratum pro beneficijs, quæ præſtitit. id enim nubem removet à te ipſo oppoſitam ſoli. alterum eſt non ſolùm non eſſe ingratum pro beneficijs, ſed etiam eſſe gratum, quia gratitudo eſt ſcala, per quam dicta beneficia gradatim deſcendunt.

# IV.

# Sancta Eliſabetha.

*Fili in manſuetudine ſerva animam tuam, & da illi honorem ſecundùm meritum ſuum.* Eccl. 3.

1. CONſidera, quis ſit ille honor debitus animæ. eſt facere, ut illa præcipiat, non pareat. Hic eſt honor illi debitus, quia ad hoc nata eſt, nempe ut imperet, tanquam Regina, non ut obediat quaſi ancilla. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.* Gen. 4. v. 7. Vide ergo, quantam illi injuriam faciat, qui cogit quotidie ſervire carni, imò cuivis ejus partui quantumvis ſordido, ſervire gulæ, ſervire jocis, ſervire ſomno, ſervire quoque libidini. *Fili*, non ſic age, *fili ſerva animam tuam* in gradu debito, ſcilicet Regnantis, & ſic *da illi honorem ſecundùm meritum ſuum.*

2. Conſidera honorem iſtum, quem diximus, eſſe internum. hunc verò ſequitur alius externus videlicet, ut animam tuam, quemadmodum meretur, præponas omnibus ceteris, quæ minoris ſunt pretij. & quænam ſunt iſta? ſunt omnia caduca: quia quod caducum eſt, deficit, ipſa verò æterna eſt. *Da illi* igitur *honorem ſecundùm meritum ſuum.* Præhabendo amicitiæ vanæ hominum, præhabendo honori, facultatibus, ipſiſque vitæ corporis, quam tantopere amas. hoc enim ejus eſt meritum. *Cuncta, quæ habet homo, dabit pro an*[...] Job. 2. v. 4. & inveniri quiſq[...] teſt, qui non vereatur tam fa[...] vendere etiam inimico? Fi[...] cere, cujus te pœniteat d[...] *Fili ſerva animam tuam* ab i[...] eam pro nihilo eripere tibi c[...] & ſic *da illi honorem ſecundùm meri*[...]*tum ſuum.*

3. Conſidera ſum̃um anim[...] rem idcirco non in eo conſiſt[...] illi ſceptrum & imperium [...] Reginæ, aut cunctis præfera[...] terræ bonis. Talis hic ho[...] qualem quiſque, quantumv[...] fectus exiſtat, illi dare ten[...] eſt proprius eorum, qui p[...] magis ſtudent, facere ſcilic[...] terrâ fruatur DEO. *Anima*[...] *vivet.* Hic eſt finis, propt[...] ipſa eſt condita. eccur igitur[...] differre ſaltem ſtatuis in v[...] ram? da iſtum, quoad potes[...] in præſenti, orationi vacand[...] tando, loquendo, agendo cum[...] quantum potes. *Vivemus in*[...] *ctu ejus.* Oſ. 6. v. 3. ô quàm b[...] honor eſt, ſi tu eum illi præſt[...] efficiet hic honor, ut facilè [...] bus utrumque illi ſerves. qu[...] quis multum habet cum DEO[...]

mercij, vilipendit ſenſus, unde periculum non eſt illis ſubijciendi animam ne ſervam. & quiſquis multum habet commercij cum DEO, illi pariter vileſcunt caduca omnia, & ſic periculum non eſt, ea unquam præferendi pretio Animæ. Iraque *Fili ſerva animam tuam*, per collectionem internam, quæ eam evagari non ſinat, quacunque lubet, ceu foret viliſſimorum pastorum *filia vaga*. Jer. 31. v. 2. & ſic *da illi honorem ſecundùm meritū ſuum.*

4. Conſidera ad hæc omnia facilius obtinenda tanquam medium à Sapiente præſcribi, ut ſis manſuetus. *In manſuetudine ſerva animam tuam.* nec mirum id eſſe debet. quia nihil eſt, quod tantopere te impediat, ne pro merito æſtimes Animam tuam, quàm ſi facilè commovearis. Ratio eſt, quia commotio turbat intellectum, & cùm magna eſt, etiam offuſcat, atque tenebris offundit: in eo verò ſtatu quomodo pretium animæ ſtatues, quod oportet? non æſtimatur anima per id, quod ſenſus dictant: imò infelices iſti cenſores potiùs ſuggerent, ut contemnas. æſtimatur per id, quod tibi intellectus dictat. unde vides, quanta ſit neceſſitas eum ſervandi innubem? id autem facit manſuetudo, opportunè reprimendo motus, qui poſſent conſurgere. hinc eſt, quòd ad veritatem auſcultandam iſta maximè diſpoſitio requiratur. *Eſto manſuetus ad audiendum verbum DEI.* Eccl. 6. quia hæc aptiſſima diſpoſitio eſt ad eam cognoſcendam: adeò ut ex ſenſu S. Auguſtini Manſueti ſint illi, *qui non contradicunt verbo veritatis.* quia manſueti præ alijs omnibus intellectum habent nubilis vacuum, & ſic, ut paria ſint cetera, præ illis eam meliùs cognoſcunt. Ecce igitur, quid factura ſit manſuetudo. intellectum ſervabit purgatum & placidum, ut tantò meliùs de rebus judicet. & ſi ita eſt, nonne vides, quanti referat ſatagere, ne commotione turberis? *Fili in manſuetudine ſerva animam tuam.* Si commovearis, jam turbatus eſt intellectus, quia nihil ita perturbat ut Ira. *Turbatus eſt à furore oculus meus.* Pſ. 6. v. 8. atque in eo ſtatu non ſolùm non dabis animæ tuæ honorem illum, quem meretur, ſed eum ipſi tolles; imò, ſi neceſſe ſit, cùm maximo ejus vituperio diſcrimini expones.

5. Conſidera, quàm ſtupendum glorioſa ſancta, quæ hoc die ſpeciaIiùs colitur, exemplum reliquerit eorum omnium, quæ hîc Sapiens requiſivit. quis enim ſatis explicet, quàm præclarè ſemper Animæ dederis honorem, quem illi dare oportet? ſive eam in ſtatu Virginitatis conſideres, in illo magis quàm unquam aliàs primum ei dedit honorem efficiendo, ut perfectiſſimum exerceret in corpus rebelle dominium. Sive in ſtatu ſuo conjugali ſpectes, in eo maximè alterum illi honorem dedit præferendo etiam regiæ fortunæ blandimentis, & caducis omnibus. Sive conſideres in ſtatu ſuo viduali, in eo imprimis tertium honorem illi dedit procurando, ut frueretur DEO in contemplatione

tione non quotidianâ tantùm ſed aſſiduâ. Porrò cuncta iſta obtinuit manſuetudine ſingulari. ut adeò hæc ſit virtus, in quâ ſe maximè conſpicuam reddidit non ſolùm in ſe ipsâ poſſidendo, ſed facilè etam derivando in alios. tanta fuit vis, quâ pollebat, ſedandi animos irâ invicem accenſos.

Proinde imaginare tibi eam è ... proſpicere, & ad modum ... mabilis etiam tibi ore propi... *Fili in manſuetudine ſerva ... tuam.* quemadmodum ego ... idcirco nunc fruor tantâ glo... *da illi honorem ſecundum ... ſuum.*

## V.

*Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui,* ... 118. v. 120.

1. CONſidera mirum fortè videri poſſe, quòd is, qui jam timet, imò jam diutiùs timuiſſe fatetur, timorem à DEO poſtulet: *Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui.* Porrò mirari deſines, ſi conſideres, à DEO non ſolùm petendum eſſe, quod non habemus, ſed id etiam, quod habemus. tantum eſt quovis momento illud amittendi periculum, niſi DEUS nos in poſſeſſione ſtabiliat. Deinde, quid hoc loco David poſtulavit? poſtulavit, ut timor ille, quem habebat in ſpiritu, etiam redundaret in Carnem. & ſic non id poſtulavit, quod habebat, ſed quod non habebat. verum ſiquidem eſt, illum habuiſſe ſuperiorem ſui partem bene ſubjectam DEO, ſed non perinde inferiorem, vel, ut meliùs dicitur, animalem. hæc enim crebram & acrem ſuſcitabat pugnam. unde volebat, ut timor ille Divinus, qui cordi inerat, non in corde perſiſteret, ſed ſummo quodam ... corde tranſiret ad corpus, ... quaſi glacie rigeſcens redder... habile ad eos motus rebelles ... ſunt illi adeò proprij. Hoc ... quod ille petere propoſuit, ... xit: *Confige timore tuo carnes mea...* jectionem propriæ Concupiſ... ita S. Auguſtinus docet. & ... tum, ſi id poſſis conſequi, ... debes aſpirare, & idcirco ... precari DEUM, ut configat ... cto timore ſenſus tuos: config... guam, configat oculos, config... res, configat te totum eo mod... ne ſenſus quidem inſolens ... tibi creet ſaltem admodum mol... Confixio materialis à corpore ... ad cor. Spiritualis à corde tra... corpus. quo Sancti temporis ... ſu id conſequuntur, ut etiam ... habeant crucifixam: *Carnem ſuam ... cifixerunt.* Gal. 5. v. 24. Adeò ... bent vel jam mortuâ vel mortifica...

qua...

quando id conſequuntur? cùm priùs crucifixerunt Spiritum reddendo illum ſubjectum DEO. Tu quereris carnem tuam ſemper inſoleſcere magis. quidni? ſi nec dum DEUM times, nec Spiritu quidem, ſed conſcientiæ ſis laxæ, audax, arrogans, nec ulli deditus ſtudio profectûs tui, quomodo conſequeris, ut etiam timeas Carne, quæ ſemper ultimò deponit arma? nemo poteſt fronte ſincerâ unquam DEO dicere: *Confige timore tuo carnes meas*, ſi ad obtinendum hoc donum cum veritate allegare cauſam nequeat, quam David allegavit: *à judicijs enim tuis timui.* non ſunt hæ gratiæ, quæ concedantur primò ingredientibus viam Domini.

2. Conſidera per Judicia Divina in ſacris litteris intelligi mandata Divina. *Si in judicijs meis non ambulaverint.* Pſ. 88, v. 31. *A judicijs tuis non declinavi.* Pſ. 118. v. 102. *Spreviſti omnes diſcedentes à judicijs tuis.* Pſ. 118. v. 118. quo poſito, cur David tam ardentibus votis poſtulavit à DEO, ut obtunderet ſtimulos carnis infrunitæ? *Confige timore tuo carnes meas.* quia aliàs timebat prævaricationem. *à judicijs enim tuis timui*, id eſt, *timui diſcedere.* hanc vocem equidem ſubintellexit, ſed non expreſſit, fortè quia horror non reliquit libertatem loquendi. Tu igitur quid ais, qui adeò facilè tibi polliceris perſeverantiam tam operoſam? eam conſequi non ſperabat Rex David ob bellum illud inteſtinum, quod experiebatur, & tu credis tam promptè eam à te quaſi pugno concludi? ô quantum tibi deberet incutere continuò terrorem Concupiſcentia tam effrenis, qualis fortè eſt tua! dum illa viget, ſemper periclitaris, ne denique ſuccumbas peccato. quodſi contingeret, quid juvaret hactenus contra eam tam animosè dimicâſſe, vel etiam ſuperâſſe? ſola te coronabit perſeverantia. David Gigantem proſtravit lapide, quem fundâ jactum in fronte defixit. nihilominus nec fundam iſtam, nec lapidem in templi pariete ſuſpendit. ſolùm ibi ſuſpendit gladium, quamvis ipſius Gigantis eſſet, quia gladio complevit victoriam truncando caput inimici.

3. Conſidera per Judicia Divina pariter in Scripturis intelligi illa DEI arcana conſilia, quibus ille moderatur Univerſum. *Judicia tua abyſſus multa.* Pſ. 35. v. 7. Iſtorum quædam ad Miſericordiam, alia ad Juſtitiam pertinent. Ad miſericordiam pertinent conſilia illa impenetrabilia, vi quorum DEUS inſequitur peccatorem, etiam cùm iſte aliquando fugere magìs, imò ipſum perſequi videtur. *Saule Saule, quid me perſequeris?* Act. 9. v. 4. Ad Juſtitiam verò illa, quibus poſt primum peccatum eum deſtituit, & de malo in pejus prolabi ſinit. *Uſquequò tu luges Saul, cùm ego projecerim eum, ne regnet ſuper Iſraël?* 1. Reg. 16. 1. Hoc loco certè non loquitur Pſalmiſta de ijs Judicijs Divinis, quæ ad Miſericordiam ſpectant, nam iſta miramur, non timemus. De ijs loquitur, quæ ad Juſtitiam pertinent,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nent, & ideo dicit ſe illa adeò formidare: *à judicijs enim tuis timui.* quamvis, ſi bene notes, non ait David ſe timere abſolutè Judicia Divina. potiùs dicit ſe timere de ſe judiciorum causâ. unde non ait: *Judicia enim tua timui*, ut olim nonnulli legebant, ſed ait: *à judicijs enim tuis timui*, uti meritò legitur. Timebat, ne ſenſus improviſum faceret inſultum, cui ſi viriliter non reſiſteret, per occulta DEI judicia ſineretur præceps ire in ruinam. & ſanè periculum, in quo tu quoque verſaris, prolabendi in quodvis enorme facinus, non imminet tibi à Divinis Judicijs, quia iſta nihil mali cuiquam volunt, ſed ſolummodò permittunt: à te ipſo tibi imminet, qui tam proclivis es ad peccandum. Verum eſt: quòd iſtorum causâ Judiciorum majorem in modum te oporteat timere de te ipſo, maximè ſi tibi dominetur ſenſualitas: quia illorum eſt proprium permittere etiam in ſanctis lapſus fœdiſſimos in omni genere, libidinis imprimis. mente conſidera illos Victorini Eremitæ, Guarini, Jacobi, Macarij, & cumulaberis terrore. niſi quòd iſtis denique conceſſa ſit gratia reſipiſcendi. quot verò ſunt alij, quibus ea conceſſa non eſt? Tu ergo quid agis, quòd non quotidie terrore attonitus dicas DEO: *Confige timore tuo carnes meas: à judicijs enim tuis timui?*

4. Conſidera per Judicia Divina intelligi denique in ſacris paginis illa Judicia tam exacta, quæ formabit DEUS de quolibet noſtrûm ſub vitæ hujus exitum. *Cognoſcetur* [illegible]
*judicia faciens.* Pſ. 9. v. 27. [illegible]
poteſt, quàm rigidus in his [illegible]
DEUS, nullâ relinquendo [illegible]
nem, nullum verbum, [illegible]
etiam minimum, quin diſcu[illegible]
deâtque, an bonis legibus [illegible]
nea fuerint. Atque hoc [illegible]
David à DEO, ut ſibi demum [illegible]
motus Concupiſcentiæ adeò [illegible]
ad malum: *Confige timore tu*[illegible]
*meas*, quia, cùm omnia [illegible]
ſeveritate ſint judicanda, [illegible]
fortè declinet in complacent[illegible]
quam inordinatam, quam pro[illegible]
pritiâ habeat, deinde verò ad [illegible]
Judicis Tribunal agnoſcat [illegible]
expreſſam. *à judicijs enim tu*[illegible]
de quo? de omni cogitatione, [illegible]
omni verbo, & opere quantum[illegible]
nui. *Verebar omnia opera mea*, [illegible]
*quòd non parceres delinquenti.* [illegible]
v. 28. Ubi nunc ſunt, quibus [illegible]
nimoſa conſcientia, ut plane [illegible]
ſe omni ſuggeſtioni quantum[illegible]
illico dediſſe repulſam, & [illegible]
quidem integram? Iſtis præ[illegible]
alijs expediet meditari ſev[illegible]
Divinorum, de quibus loquim[illegible]
diciorum, ut talem deponant [illegible]
ſcientiam, nimis profectò [illegible]
xiam. Venenum mortem afferre [illegible]
pori non poteſt, donec ad co[illegible]
tret: quod certiſſimum eſt: ſic [illegible]
prava ſuggeſtio inferre anima[illegible]
tem poteſt, donec pertingat ad [illegible]
ſenſum, quem à voluntate [illegible]
quid porrò? ſicut venenum [illegible]
cor penetrat in ijs animalibus, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

laxæ ſunt venæ, quàm quibus ſtrictæ; na ſuggeſtio citius conſequitur conſenſum in ijs hominibus, quibus eſt conſcientia, quam dicimus laxam. Vera ſecuritas non eſt à præſumptione, ſed à timore. ad hunc verò in propoſito noſtro procurandum nihil eſt efficacius, quàm crebrò cogitare rigidiſſima DEI Judicia, quæ nos in morte expectant. Iſta quiſquis ſemper præ oculis habuerit, non ſolùm facillimè declinabit malum tempore tentationis, ſed etiam bonum efficiet. *Custodivi vias Domini*, quod eſt facere bonum, *nec impiè geſſi à DEO meo*, quod eſt declinare malum, *quoniam* (ecce rationem) *quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo.* Pſ. 17. v. 22.

5. Conſidera, quamcunque ſæpe dici tibi audiveris, ardore ſummo poſtulandum à DEO iſtam carnis ſubjectionem tam neceſſariam: *Confige timore tuo carnes meas*, hinc tamen minimè arguendum, non etiam tuâ opus eſſe cooperatione, quantâ potes, maximâ ad eam obtinendam, quaſi tota ſit à DEO. Tota venit à DEO, ita eſt, ſed non totaliter, ut loquimur. debet etiam venire à te. numquid dicere ſoles quotidie DEO, ut tibi de pane proſpiciat quotidiano. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* & tamen ex parte tuâ non omittis ſeminare & metere, omniáque adhibere media, quæ ad eum parandum requiruntur. Sic ergo quotidie dicendum DEO, ut timore ſuo configat carnes tuas rebelles: *Configе timore tuo carnes meas.* & ſimul agendum, quantum potes, ut eas ipſe configas. Hujus rei documentum dedit David Rex, qui ſacram iſtam confixionem non ita permiſit DEO, ut non etiam ipſe manum operi admoveret, affligerétque corpus nunc vigilijs, quas ait à ſe anticipatas: *Anticipaverunt vigilias oculi mei.* Pſ. 76. v. 5. nunc cilicijs, nunc cinere, & jejunijs, nunc alijs auſteritatibus tam prolixis, ut aliam ipſi faciem inducerent: *Caro mea immutata eſt propter oleum.* Pſ. 108. v. 24.

## VI.

*Ecce ſto ad oſtium & pulſo. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Apoc. 3. v. 20.

1. Conſidera, quæ ſit illa perſona grandis, quæ ait: *Ecce ſto.* Rex eſt gloriæ. & iſte quid demum agit? ſtat ad oſtium peccatoris. Peccatoris, inquam; nam ſi veniſſet ad repeтiendum Juſtum, non ad oſtium, ſed intus ſtaret in penetralibus. nónne autẽ res iſta admiratione digniſſima? ubi quæſo invenitur Principum aliquis, qui veniat non vocatus ad domum ho-

hominis tam vilis, tam abjecti, & abominabilis, qualis coram DEO eſt peccator infelix? & certum tamen eſt hîc ſtare DEUM non vocatum: quia ſi fuiſſet vocatus, ſaltem inveniſſet oſtium apertum, quin foret neceſſe dicere: *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo.* Deinde cùm Princeps alicujus adire domum ſtatuit, præmittit nuncios, mittit curſores & famulos, qui omnia componant, & in ordinem redigant, prout decet ejus dignitatis hominem, demum ipſe ſequitur. non ita DEUS. Ipſe eſt, qui ſtat ſolus ad pulſandum: *Ego ſto.* non alius, ſed *Ego:* & ſtat ſanè, quin aliquam præmiſerit legationem. hanc ſi præmiſiſſet, haud dubium eſt, non illi fore pulſandum incerto, an ſit obtenturus ingreſſum. & tamen ſic dicit: *ſto & pulſo*, ut qui hæreat ſuſpenſus expectatione reſponſi. Denique ſi etiam Princeps inducat animum, ut ipſe pulſet, ad pulſandum tam diu non morabitur. niſi quamprimum aperiatur, cum indignatione vertet dorſum, & diſcedet. non ſic DEUS. ait ſe ſtare & pulſare jam diu. *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo.* non diceret *Ecce*, ſi nunc primùm adventaret. & tum dicit: *ſto.* Si ſederet, ſi deambularet, ſi ſe diverteret alijs agendis ad fallendum longioris moræ faſtidium, faciliùs perciperetur. Sed dicit: *ſto*, pede nimirum firmo, fortique cum ſuo incommodo, imò cum opprobrio maximo apud eos, qui illum ita hærentem in limine conſpiciunt. Iſti ſunt ineffabiles exceſſus,

quibus utitur DEUS ad ob[illegible]
aditum in cor hominis etiam [illegible]
Tu illorum conſideratione ob[illegible]
& perpende, quid de te ſit, [illegible]
hic Dominus, ut intraret in c[illegible]
cum Gratiâ ſuâ excitâte tã fr[illegible]
expectare. *Ecce ſto ad oſtium, &* [illegible]

2. Conſidera ad intrandum [illegible]
mum aliquam obſeratam ali[illegible]
clamari, & non pulſari, ali[illegible]
pulſari, & non clamari, & ali[illegible]
clamari ſimul atque pulſari: [illegible]
autem pulſum præmitti clamo[illegible]
citandam attentionem, quò [illegible]
audiatur. Sic DEUS facit: [illegible]
præmittit pulſum: *Ecce ſto ad* [illegible]
*& pulſo.* tum jubet vocem ſ[illegible]
unde ſubjungit: *ſi quis audier*[illegible]
*cem meam &c.* Clamor ejus [illegible]
bio eſt inſpiratio: quis verò [illegible]
Eſt remorſus, quem in con[illegible]
ſuſcitat. Scis pulſum ex ge[illegible]
clamore moleſtiorem eſſe. & [illegible]
eſt remorſus, qui velut cordi [illegible]
fortiter admonet peccatorem [illegible]
licitate ſtatûs ſui periculoſi, [illegible]
verſatur, eóque tendit, [illegible]
peccatorem ad auſcultandam [illegible]
Domini ſequentis, ſuaviterque [illegible]
tat ad aperiendum illi ſinum, [illegible]
lendum, ad confitendum, ad ſac[illegible]
pulû ſumendum, & ſtabiliend[illegible]
tandæ vitæ propoſitum. Si quæ[illegible]
Deus in hunc modũ ſe gerat, cu[illegible]
ſet abſque tanto labore ſe ipſo [illegible]
ad capeſſendam poſſeſſionem [illegible]
quantumvis obſtinati; aliud [illegible]
deri non poteſt, niſi quòd hoc [illegible]
quia ſic illi placet. non amat [illegible]

ſionem capere violentam : *cum magnâ reverentiâ diſponit nos.* Sap. 12. v. 18. Dominus es arbitrij tui liberi : hoc tibi ſervat illæſum, ut illi ſit honorifica admiſſio, quâ deinde ſuſcipitur. quanquam an non vides, cùm domum tuam intrat, maximum tibi præſtari beneficium ? quâ igitur ratione obtrudi illud per vim poſtulas ? *Beneficium non confertur in invitum.* Lictor, qui ad te caſtigandum venit, niſi aperias, valvas deijcit, quatit, comminuit inſtar fulminis. Benefactor, qui venit, ut theſauris te cumulet, vult, ut ſponte & benevolè illi aperias, uti aperis ſoli. Ut ut ſit : tantum Dominus facit, ut abunde ſufficiat ad obtinendum ingreſſum. Si non obtinet, indubitatum eſt, id penes ipſum non eſſe. non eſt, quòd doleas querendo eum à te longiùs abeſſe : *Longè eſt Dominus ab impijs.* Prov. 15. v. 19. Si longè eſt, ideo eſt, quia ita vis. ſi illi aperires, proximus eſſet. an non audis, ut indicet tibi ſe ſtare in limine : *ſto ad oſtium*, non *prope oſtium*, ſed *ad oſtium*, adeò eſt propè. Verum eſt eum à te longiùs abeſſe per gratiam ſanctificantem : ſed perinde vicinus eſt deſiderio eam tibi conferendi, vicinus impulſu, invitatione, vocatione, quæ ſunt gratia, cujus virtute te excitat.

3. Conſidera, ut intelligas hanc omnimodam libertatem, quam ille vult relinquere, eum diſertis verbis affirmare : *ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* non ſatis eſt audire, aperire neceſſe eſt. cur autem nihilominus dicit? *Si quis audierit?* Audiendi facultas non eſt ſicut illa manûs. Manus eſt libera, ut aperiat vel non aperiat, prout placet : at auditus non eſt liber, ut audiat, vel non audiat. Eſt potentia, ut ajunt, neceſſaria. Ita quidem, ſed quid inde? nôſti etiam dici, neminem audire minùs, quàm ſurdus faciat. *Quis ſurdus, niſi ad quos nuncios meos miſi?* Iſ. 32. v. 19. Eſt igitur, quod obſerves hoc loco, cùm quis perſtrepit ad oſtium domûs noſtræ, fieri non poſſe, quin audiamus primum illum ſtrepitum. tum verò, ſi velimus, poſſumus ad meliùs percipiendum, quis ſit, attendere, vel non attendere, accedere propiùs, vel non accedere, ſtare in ſilentio vel majorem reponere ſtrepitum, quàm ſit auditus à nobis. quæ omnia in caſu noſtro accidunt. non potes, cùm DEUS te vocat exempli causâ ad deſerendum mundum, ubi vivis quaſi in continuo peccato, non potes, inquam, non audire primam ejus vocem. ſed in poteſtate tuâ eſt majorem adhibere attentionem intellectûs, ut meliùs cognoſcas, quid DEUS à te petat. *Audiam, quid loquatur in me Dominus DEUS.* Pſ. 84. v. 9. In poteſtate tuâ eſt, appropinquare magis oſtio cordis per applicationem affectûs, per receſſum, collectionem, & abſtractionem tui non ſolùm internam, ſed externam quoque ab ijs domeſticis, qui te divertunt. *Appropinqua, ut audias.* Eccl. 4. v. 12. In poteſtate tuâ eſt ſubſiſtere in ſilentio ceſſando tantiſper à cu-

ris ceteris, quibus continuò occuparis. *Præſtolari in ſilentio ſalutare Dei.* Thr. 3.v.26. Verùm ſi nihil horũ facias, ſi non attendas, non appropinques, imò ſtudio excites tumultum, ne audias, & vix primâ DEI voce perceptâ curriculò amicos quæras, qui multò clamant fortiùs, ut nugeris, ut garrias, rideas, & triſtia illa, ut putas, phantaſmata expellas cerebro, cujus quæſo culpa eſt, ſi ampliùs nõ audis, cujus eſt? *Noluerunt attendere*, ecce primum malum, quod diximus, *& averterunt ſcapulam recedentem*, ecce alterum, *& aures ſuas aggravaverunt, ne audirent*, ecce tertium. Zach. 7.v.11. nota proinde non dicere Dominum: *Si quis audierit pulſum meum*, ſed *vocem meam*, quia tam facile non eſt non audire pulſum, ſicut non audire vocem. non eſt tam facile non audire conſcientiæ remorſum, quamvis nonnulli ad hunc etiam denique obſurdeſcunt. Facilius eſt non audire adeò vocem, quæ ſonus eſt naturâ ſuâ multò nobilior. Fieri ergo poteſt, ut non obſervetur Inſpiratio Divina. *Porrò ad me dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi furtivè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri ejus.* Job. 4.v.12. Tu mente ... plica ad omnia, quæ DEUS ... quirit: *Loquere Domine, quia audit ſervus tuus.* 1. Reg. 3. v. 10. ... voluntas audiendi prima diſpo... ad voluntatem aperiendi, & ... ſus quidam inchoatus. ne com... ut ille deinceps fruſtra ſe fatiget ... pe qui vult intrare, non ſemper ... ſat, non ſemper clamat, ſed ... intervalla facit. nunc magis ... nùs pulſat, magis minùsve cl... quin detur certa regula, & ſi D... ab oſtio cordis tui non penitus ... dat, quamvis videat ſe parùm ... sè tractari; tanta eſt ejus ... utetur tamen pulſu rariore, & ... miſſiore voce. Atque in hoc ... placet iſthic relinquere pecca... nempe ut talem, quamvis ſi... præventum à DEO, ut perf... agat, ut proficiat quoque, ... perfectus exiſtat, prout in ... reliquorum, quæ non potera... ſimul omnia diſcuti, magis ...

## VII.

*Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Apoc. 3. v. ...

1. COnſidera facto jam propoſito aperiendi januam vocanti (qui eſt ſtatus ille, ad quem prior meditatio peccatorem deduxit) non deſunt difficultates ſuperandæ, ut ad actum pervenias. oportet incommodi... oportet diſcutere ſe ipſum, & ... primum deponere nativam illam ... gnitiem ad bonum. quis autem ... ſuperabit libens, ſi videat, in...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem ſuperanda ſit : nempe ut domi ſuæ recipiat tantum Hoſpitem, quantus eſt DEUS : *Si quis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* O grande verbum dicere *Mihi* ! maxima ergo difficultas ad portam invenitur, quâ clauditur oſtium. quænam illa porta? Peccatum. iſtud eſt obſtaculum, quod tam diu aditum cordis DEO intercluſit. iſtud autem removetur firmo mutandæ vitæ propoſito, quod eſt omnino illi aperire. verum eſt tenere quoſdam portam iſtam non modò ſerâ clauſam, ſed ſudibus, clavis, vectibus obſtructam. & hi ſunt, quibus maximè laborandum, hi, inquam, qui intricati malâ conſuetudine adhuc pravis occupantur operibus, aut gravem habent obligationem reſtituendi honorem, vel facultates ablatas, & hujuſmodi. S. Auguſtinus volebat aliquando aperire portam, laborabat, ſudabat, nervos omnes intendebat, & tamen poſt tantum adhibitum conatum non inveniebat modum aperiendi. Ictus Domino reſpondebat ſe illi aperturum, ſed *non modò*. O infelicem conſuetudinem ! tu quid dicis : ſi etiamnum difficultatem aperiendi habes, roga Dominum, ut aperire te juvet, quia, quantumvis ille velit, ut non graveris propriâ aperire manu, eámque libertati tuæ habeat reverentiam, nihilominus quamprimum ex parte tuâ feceris, quod potes, ipſe foris ita oſtium impellet, ut idem planè ſit te aperire, & ipſum intrare. *Si quis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* Ecce nullam Dominus interponit moram, nec momenti quidem, tantum eſt ejus deſiderium intrandi.

2. Conſidera meritò illi expectandum, dum ipſe per urbanitatis officium illi obviam progreſſus in via excipias, uti fieri ſolet præclaris hoſpitibus;, eúmque introducas. ſed hoc non vult facere. vix aditum reperit, & jam eſt intus. *Intrabo ad illum.* aperire peccatoris eſt, intrare ſolius eſt opus DEI, & ita ſeipſo totum facit. nec ullam ſub oſtio moram patitur, quia non venit aliquid petere, uti mos eſt egentium, ſed donare, quod benefactores ſolent, venit converſari ut amicus, conſolari ut benevolus, ſuadere ut ductor, ſanare ut medicus, docere ut magiſter, & ideo ſtatim intrat: *Si quis mihi aperuerit, intrabo.* Externi, etiam poſtquam aperta eſt porta, expectant, dum veniat, qui aperuit. non ita familiares. atque idcirco ex hoc actu jam advertis, vix juſtificatum eſſe peccatorem ſincero contriti animi dolore, quæ eſt breviſſima obicis remotio, illico amicum reddi, etſi priùs eſſet inter inimicos DEI maximè execrandos. Quomodo ergo non ames contritionem illam ſanctiſſimã, quæ tam citò tibi conciliat Amicum tam præſtantem? ut tuus ſit, aperire ſufficit. *Siquis aperuerit mihi januam, intrabo ad illum.* non ſolùm ait *Intrabo*, ſed *intrabo ad illum.* quia non venit, quaſi domûs tuæ deſiderio teneatur. habet quippe longè pulcriorem. ad te venit propter te, venit, ut te complexu ſtringat, ut amicè habeat,

ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut ditet, ut vix ingreſſus tuis adſit obſequijs. *Intrabo ad illum.*

3. Conſidera ingreſsûs hujus tam prompti duas eſſe cauſas præcipuas. una eſt ex parte DEI, quam modò diximus, nempe deſiderium, quo flagrat, commorandi cum homine. *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Altera eſt ex parte hominis, quia DEUS non vult, ut is ſiſtat, ut ita loquar, in limine Converſionis ſuæ contentus meris actibus deteſtandi peccata, horrendi, abominandi, dolendi, quamvis ſanctiſſimis: ſed vult, ut ſtatim tranſeat ad exercenda opera pietatis, profectûs, perfectionis, ſicut qui Dominum magnum hoſpitem jam domi ſuæ excepit. Unde vides vix ingreſſo Domino ſtatim agi de præparatione ad cœnam: quid ajo de præparatione? de cœnâ ipsâ quaſi jam paratâ. *Intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* adeò decet nos promptos eſſe ad bonum, ſi revera placere illi cupiamus. Hæc cœna deinde, ſi rite perpendimus, honoris eſt prodigium maximum. quis enim eſt homo, quem Dominus non ſolùm viſitare dignetur, ut aliàs diximus, ſed etiam cœnare apud illum? quanquam neque ſic ſatis dixi, cùm dixi apud illum: dicere debebam cum illo: quia ita DEUS ipſe ore ſuo pronunciat: *cœnabo cum illo.* non dicit *apud illum*, dicit *cum illo.* Factum ſubinde, ut Regum quiſpiam vel occaſione viæ, vel in venatu inter ſylvas pro refectione diverterit ad mapale vilis Paſtoris, adeò ut dignaretur etiam de eius manu recipere dona agreſtia fr[...] gorum, caſtaneorum, quæ ſi[...] plice offerri vidit. Sed quand[...] quam accumbere dignabitur a[...] ſam ejus ruſticam? volet p[...] ſtorem menſæ ſuæ eſſe conv[...] quàm ipſe aſſidere menſæ p[...] Et tamen ecce ut Dominus [...] facit. *Cœnabo cum illo. & ip[ſe]* *cum.* dum ille ſic loquitur, [...] eſt haud dubiè de duabus [...] menſis; unâ, quæ homini [...] à DEO: & alterâ, quæ DEO [...] tur ab homine: aliàs ſatis e[...] cere: *ego cœnabo cum illo.* v[...] *cœnabit mecum.* Dum igitur [...] diſtinguit, mutua ſunt officia, [...] DEO homini, & viciſſim ab h[...] præſtantur DEO, ceu duæ [...] ſonæ ejusdem conditionis. [...] hoc ſolum te rapit in extaſi[...] tionis? *Dilectus meus mihi,* [...] *illi.*

4. Conſidera, qualis ſit ha[...] quam imprimis homo inſtru[...] Sunt cibi ejus pauperes. & [...] teſt unquam dare homo mo[...] ctus ad gratiam de ſtatu pecca[...] dare non poteſt niſi fructus [...] pœnitentiæ. & iſti ſunt tali hoſp[...] ti cibi. cibi, inquam, ſed q[...] non ſuſtentant ut hominem, [...] creant: imò uſque adeò delect[...] in terra ijs etiam præferat, q[...] apponit homini. & ideò non [...] lum velle aſſidere cum hom[...] menſam ab illo paratam, d[...] minem abhibere ſecum ad m[...] ſuam. *Cœnabo cum illo, & ipſe*

cum. non. *Ipſe cœnabit mecum, & ego cum illo.* nec mirum id eſſe tibi debet. Cibi, quos DEUS hîc ab homine recipit, ſunt opera virtutum: cibi, quos DEUS homini præbet, ſunt ſolatia Spiritûs, ſunt ſuavitates, atque deliciæ, quibus id compenſat, quod patitur. Jam verò dubium non eſt, magis delectari DEUM operibus virtutum, quæ ab homine recipit, quàm donis, quæ ipſe in terrâ homini largitur. niſi fortè ideo vult menſam hominis præferre, ut intelligas, eadem proportione, quâ uteris in paſcendo DEO, te ab ipſo reciprocè paſcendum. Si tu menſam illi lautam apponas, ne dubita tantundem lautitiæ ab ipſo reddendum. Si parcam, etiam recipies parcam, ſi tenuem, etiam tenuem referes. Sanctos illos aſpice, qui plurimum laborârunt pro DEO. non poterant capere delicias, quas DEUS infundebat in ſinum. exclamare cogebantur; *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* Contra verò quid eſt, quòd à DEO tam parcè reficiaris? cauſa eſt, quia ipſum reficis tam parcè. *Retribuit mihi Dominus ſecundùm Juſtitiam meam.*

5. Conſidera in refectione, quam homo DEO præſtat, adumbrari ſtatum proficientium: in alterâ, quam DEUS præſtat homini, ſtatum perfectorum. non quòd in utroque DEUS non reficiat hominem ſolatijs ſpiritualibus, & homo DEUM bonis operibus, ſed quia in ſtatu proficientium plus eſt, quod homo tribuit ex parte ſuâ, in ſtatu perfectorum plus eſt, quod DEUS tribuit ex ſuâ. In ſtatu proficientium plus eſt laboris quàm conſolationis, & hinc dicitur homo dare cœnam. In ſtatu perfectorum plus eſt conſolationis quàm laboris, & hinc dicitur cœnam dare DEUS. Jam verò quis neſcit ſtatum proficientium eſſe tempore priorem ſtatu perfectorum? atque hinc etiam menſa, quam DEUS accipit ab homine, uti vides, anteponitur alteri, quam homo accipit à DEO. *Cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* non: *Ipſe cœnabit mecum, & ego cum illo.* Proinde ſi magnas à DEO conſolationes petas, antequàm multa præſtes opera virtutum, ſciſne, quid petas? petis eſſe primò perfectus, deinde proficiens. Sed hoc eſt pervertere ordinem. primò venit: *Cœnabo cum illo.* Deinde ſuccedit; *Et ipſe mecum.*

6. Conſidera utramque menſam, quam hoc loco audîſti, non fieri ad lumen ſolis, ſed lucernæ, fidei, inquam, ſeu de nocte non de die, atque ideo cœnam vocari: *Cœnabo.* ſit illa per eas fidei cognitiones, quas homo experitur in hac valle profundâ obſcuritatis, ubi veriſſimum eſt DEUM ſubinde majore illuceſcere claritate, ſed qualiſcunque ſit, ſemper plurimum ab eâ differt, cum quâ cernitur in cœlo à beatis per lumen gloriæ. & tamen tunc quoque ad lumen gloriæ dabit homini cœnam ſuam. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.* Apoc. 19. Sed iſta non erit cœna, quaſi fiat de nocte, cùm ibi perpetua dies reſplendeat. alio ex capite cœna erit, ob quam quævis alia cœna dicitur cœna. nempe quia refectio erit

ultimæ, cui nulla alia ſuccedet, adeò erit plena delicijs. nemo invenietur, qui eam cupiat mutari. cœna, quæ denique ſequetur omnimodam ceſſationem à laboribus in hac terrâ miſerâ exantlaris: atque idcirco iſta etiam eſt cœna, quam Deus homini juſto pollicetur viciſſim, dum ait: *Cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* non promittit illi eam refectionem duntaxat, quæ fit ad lumen lucernæ, ſed ultima non eſt, quia famem non tollit, ſed auget potiùs. eam quoque promittit, quæ erit ultima, quia famem omnino tollit, ſed fiet ad lumen ſolis. Beatum te, qui hæc legis, ſi contingat accumbere ad cœnam tam præclaram. Memineris ergo priuſquàm Dominus menſam tibi inſtruat, omni... venire, ut tu pro virium tenuitate ipſi apponas: *& cœnabo cum il... ipſe mecum.* aliàs tu non ... frueris cœnâ quacunque, ... ingreſſus cor tuum per Converſionem inde recedet, quia non invenerit optatam bonorum operum ... nem. Ad hunc finem ipſe ver... *trabo ad illum, & cœnabo cum ... ipſe mecum.* Quamprimum ... ſaveris, ſomno, jocis, otio de... nis erit Converſionis tuæ: & ... nique neceſſe erit Dominum ... rubore diſcedere, prout hoſpe... ret, qui ſuſceptus in domum ... inde relinqueretur je... junus.

## VIII.

*Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ nol... le acquieſcere,* 1. Reg. 15. v. 23.

1. CONſidera, ut ſis verè obediens, non ſufficere, quòd exequaris imperata, ſed inſuper requiri, ut ideo exequaris, quia imperavit ſuperior. Si exequaris, quia eſt conſentaneum genio tuo: ſi exequaris præmij cupiditate vel pœnæ metu; nondum es verus obediens; quia cùm cauſæ illæ ceſſaverint, etiam deſines exequi. Tunc verus es obediens, cùm ſuperiori tuo non operis tantùm materiâ, ſed etiam voluntate conſenſeris, ita ut idem cum ipſo velis, atque ideo duntaxat velis, quia ipſe vult. Ecce igitur rationem, cur nolle obedire dicatur à Domino *nolle acquieſce...* dicitur *nolle exequi*, dicitur ... *quieſcere*, quia obedientia ... illâ aquieſcentiâ voluntatis, ... demum perfecta eſt, cùm ... ſubditi eo pertingit, ut in ... Superioris quaſi centro ſuo ... Sed quies iſta tam neceſſaria ... ter obtineri poteſt, ubi in... repugnat. & ideo ut rite obe... portet primum habere perſ... ctè agere Superiorem, dum ... præcipit. Si potiùs cauſas ... credendi malè illum agere ... committis graviſſimum, qua...

tione diſponis te ipſum, ne obedias. Et hoc eſt, quod hoc loco dicitur, *repugnare*. non repugnat, qui audito imperio modeſtè ſuperiori repræſentat eas difficultates, quas ſentit. Repugnat, qui iis repræſentatis pergit proprium ſuſtinere ſententiam, qui contradicit, qui ſe opponit, velletque evertere, ſi poſſet, ſuperioris judicium. Jam verò ut intelligas, quantum ſit malum iſtud, quod audiſti, dicit Dominus: *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle aquieſcere*. *Repugnare* ſpectat ad intellectum. *nolle aquieſcere* ad voluntatem pertinet. Atque hoc eſt, ní fallor, fulmen maximè horrendum, quod contra Inobedientes ſcriptura vibraverit. Itaque ad ejus auditum contremiſce, & examina te ipſum feriò ad diſpiciendum, an in re aliquâ ſuperiori tuo repugnes, & ita repugnes, ut nec in fine demum aquieſcas.

2. Conſidera, cur dicatur repugnare, hoc eſt judicium proprium opponere judicio Superioris, eſſe quaſi peccatum divinationibus utentis. *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare*. Cauſa eſt, quia indubitatum eſt, te ſequendo ſuperioris judicium in omnibus, in quibus non manifeſtè apparet peccatum, non poſſe non placere Deo, non ita, ſi proprium ſequaris judicium. quia ſi facias actiones cetera laudabiles, uti ſunt jejunare, flagellare ſe ipsũ, audire miſſam, & alia ejuſmodi, ſi quidem tuo facias arbitratu, fieri poteſt, ut in his temporis circumſtantijs non tantopere Deo placeas, quantum placeres, ſi faceres alia ab his diverſa, ita ut in morte idem dicere tibi poſſit, quod olim infelicibus Hebræis: *Quis quæſivit hæc de manibus veſtris?* Iſ. 1. v. 12. at ſi judicium ſuperioris ſequaris, contrarium accidit. quia optimum, quod in quacunque temporis circumſtantiâ poſſis facere, eſt hoc agere, quod tibi fuerit imperatum. Siquidem Obedientia facit aliquam, ſi bene notes, quaſi inſitionem. Inſerit humanæ voluntati Divinam: & ſic facit, ut humana voluntas aliàs ſylveſtris tales fructus producat, quales vi ſuâ nativâ nunquam eſſet apta proferre. Jam ergo certum relinquere pro incerto numquid eſt augurijs & divinationibus uti? unde rectè dicitur in caſu noſtro: *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare*. Si tuum judicium ſequaris, fieri poteſt, ut certus ſis te rectè operaturum, ſed fieri etiam poteſt, ut certus non ſis. Si ſequaris ſuperioris judicium, certus ſemper eris. Quid ergo videtur? an leve peccatum putas agere ariolum, cùm poſſis procedere modo hominis prudentis? ariolum agebat Saul, cùm ſuperatis Amalecitis ſibi perſuadebat ſatius fore quædam pinguia ſervari animalia, *ut immolarentur Domino*. 1. Reg. 15. v. 15. quàm omnia mactari, ſicut erat illi à Samuele imperatum. quâ occaſione dicta illi ſunt verba, quæ in præſens meditaris: *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare*. Tu quoque ſæpe agis ariolum, quando, licet ſcias ſuperioris judicio meliùs tibi quadrare hunc locum, hanc occupationem, hoc opus, hunc vitæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tenorem. tuo judicio adhuc repugnas, & obſtinatè ſentis oppoſitum. *Confundentur omnes, qui repugnant ei.* Iſ. 45. v. 23.

3. Conſidera, quare dicatur non velle obedire eſſe quaſi ſcelus idololatriam exercentis: *Quaſi ſcelus Idololatriæ eſt nolle acquieſcere.* Id intelliges, ſi acutè perpendas, quid prætendat inobediens, ut inobediẽs. Laſcivus ut laſcivus petit ſatiare ſuã libidinẽ, Avarus ut Avarus cumulare opes, Ambitioſus ut Ambitioſus promoveri. Inobediens ut inobediens vult agere pro ſuo libito. hoc verò quid eſt aliud, quàm proprium arbitrium ſibi Deum ſtatuere? eſſe primam regulam operum, quæ tibi facienda ſunt, attributum eſt adeò Deo proprium, ut alteri convenire nequeat, niſi Deus communicet. Verum eſt illud tui causâ communicatum jam eſſe ſuperioribus. Sed idcirco dicuntur iſti in terra DEI locum tenere: *Qui vos audit, me audit.* Luc. 10. v. 16. Itaque dum attributum ejuſmodi alicui eorum tollere præſumis, & in tuum transferre arbitrium, quid aliud facis, quàm quod faciebant Idololatræ, cùm pro libito ſuo communicabant nunc feris animalibus, nunc lapidibus, nunc plantis tribuebant nomen illud, quod naturâ ſuâ incommunicabile eſt? *Incommunicabile nomen lapidibus, & lignis impoſuerunt.* Sap. 14. v. 21. niſi quòd tu deteriùs quodammodo facis. Quia Idololatræ ſaxis & ſtipitibus tribuebant ſolum nomen, tu verò arbitrio tuo etiam tribuis autoritatem DEI. facis, ut ſit operis tui regula veneranda. Saul ad modum Idololatræ, cùm ... per habito mandato Samuelis ... tu ſuo agere voluit, & in ... melicitarum ſtrage vitam con... regi Agag, & ſervare ſpolia, ... cendere, ut placebat, atque ... ci ſibi audivit à Samuele. *Qu... idololatriæ eſt nolle aquieſcere.* ... tu quoque agis ad modum Idol... cùm voluntatem tuam ita ado... cultum illi exhibeas Divinum, ... do ſcilicet pro prima regula: ... erigere altare contra altare: ... eſt ex altari detrahere volunt... perioris tui, quam in terra ... nam debebas venerari, ut in ... priam ſtatuas.

4. Conſidera, ſi gravis eſt ... riolantium, longè eſſe gravio... lolatrarum: unde cùm prior ... *peccatum ariolandi*, altera ſcelus ... latur. *Scelus Idololatriæ.* E... in caſu noſtro proportio. R... re Superiori, contendere, ... re, ſuſtinere judicium contra... catum eſt, ut fateri quiſque ... peccatum notabile, quia ... certo præfertur: *quaſi pecca... riolandi eſt repugnare.* at nolle ... *re*, hos limites tranſcendit, ... propriæ voluntati ſubmittere ... tem illius, qui tenet DEI locum, ... quid gravis eſt perverſio ordinis ... potiùs quàm ſuperioris arbitrio ... dum eſt? æquum omnino ... diceres, velut Saulus terrore ... in via Damaſci olim dicebat C...: *Quid me vis facere?* Act. 9. ...

tamen neceſſe jam eſt, ut ille dicat tibi, quod olim Chriſtus cæco Jerichuntis: *Quid vis, ut faciam tibi?* Cave tibi, quia voluntas tua denique vanum eſt Idolum, quod ſi adores, in eo dæmonem adoras, qui nonniſi in perditionem pertrahere te poteſt. Salutem ſi petas, deteſtare Idololatriam tam execrabilem: *A voluntate tuâ avertere.* Eccl. 18. v. 30. Proſterne Idolum, peſſumda, comminue, nec ullo habe in pretio, ſed arbitrio Superioris tui da integrum, quod illi debetur, nomen, nempe primæ in terra regulæ tuæ.

## IX.

*Zelus & furor viri non parcet in die Vindictæ, nec aquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* Prov. 6. v. 34.

CONſidera, concipi non poſſe perturbationem animi parem illi, quam Princeps aliquis nobiliſſimus pateretur, cùm fortè nocte quadam è longinqua regione reverſus domum ſpōſam ſuam deprehendat cum amatore extraneo cubili concluſam violare thalamum. O quæ tunc indignatio, quæ rabies, quis furor? iſte verò quantò accenderetur magis, ſi amator ille foret inimicus omnium, quos unquam Princeps habuit, maximè capitalis! quantóque magis, ſi Sponſa illa fuiſſet equidem è ſtirpe nobili, ſed redacta ad extremam mendicitatem, ad ſervulæ, & mancipij conditionem, & tamen ab illo Principe redemta, & erepta manibus crudeliſſimis illius Barbari, cui dein facta eſt amaſia, & redempta non alio ſuo lucro, quàm ut eam è ſtatu tam miſero eveheret ad regiam fortunam? & quantò demum ampliùs creſceret indignatio, ſi Principi certum foret eam ab illo turpi amatore non vi aliquâ adactam, ſed ſubornatam fuiſſe? Tunc enimverò eò furor prorumperet, ut quietis impatiens parùm putaret, ſi ad exigendam vindictam pugione invaderet ingratam adulteram, feriret, contunderet, mactaret, imò cor propriâ manu è pectore evelleret. Quæ tunc preces? quæ promiſſa? quæ lacrymæ? ſed in caſſum. *Zelus & Furor viri non parcet in die Vindicta, non aquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemtione dona plurima.* Non eſt hìc furor tantùm, qui ſtimulat ad vindictam, ſed etiam Zelus. *Zelus & furor.* Zelus accendit furorem, furor Zelum exaſperat. ut idcirco noluerit Sapiens, uti facilè poterat, dicere: *Zelus & furor viri non parcent in die vindictæ, non aquieſcent, non ſuſcipient*, de ijs tanquā diſtinctis affectibus loquendo. ſed dicere voluit: *non parcet, non aquieſcet, non ſuſcipiet.* loquendo de ijs, quaſi non eſſent niſi unus tantùm affectus, & revera jam non ſunt duo, ſed unus ex utroque mixtus furore ſcilicet & Zelo pariter, adeò vehemens, ut experimento diſci, verbis exprimi

non poſſit. Jam verò ſi res Divinæ humanis non quidem exprimi, adumbrari tamen poſſunt, cogita ſponſam, de quâ loquimur, eſſe animam tuam. Sponſus eſt Chriſtus, amator infamis Diabolus. Tu ipſe fac applicationem exactiſſimam, & dic intra te ipſum. quid faciat tantus Princeps, de quo agimus, cùm reverſus è regione longinquâ, in quam abiit, *Accipere ſibi regnũ & reverti*, improvisò animã tuã nocte obſcuriſſimâ deprehendet inter brachia hoſtis ſui tam capitalis, perfidi, rebellis, tantùm ideo; quia iſte falsò promiſit eam ſatisfactionem, quam à Sponſo ſuo non accipere ſibi viſa eſt? an credam illum arte aliquâ placari poſſe? non eſt tempus amplius. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ &c.*

2. Conſidera, quis ſit ille dies, qui vocatur hoc loco *dies vindictæ*. Eſt dies Judicii: unde ſeptuaginta verterunt, *in die Judicii*. dies Judicii particularis, & dies Judicii univerſalis. Primus eſt vindictæ privatæ, alter eſt vindictæ publicæ. *Dies ultionis hi ſunt*, Luc. 21.22. & ambo ſic vocantur, quia ſponſo omnino propoſitum eſt in his ſe vindicare, hoc eſt, ſibi reddere honorem violatum. Hoc propoſitum in hominibus juſtum non eſt; & quam ob cauſam? quia de vitio non de virtute naſcitur. *Ira viri juſtitiam non operatur.* Jac.1. exigente virtute, ut ipſi ſine fine remittant injurias, & eos exerceant actus miſerationis, condonationis, charitatis, quos ſine fine præſtari ſibi vellent: *Prout vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimil*…
Luc.6.31. at in DEO juſtiſ…
quia in DEO illa regula locum…
habet. nunquam ille incide…
um ſtatum poteſt, ut ipſi mi…
ſit opus, condonatione, charita…
deo nec tenetur unquam, ut vi…
dat, actus iſtos erga quemqu…
pare, ſi faciat, ideo facit, quia…
quæ cauſa eſt, ut, cùm dicitur…
vindicare ſe ipſum, hoc eſt…
grare læſum honorem, non ſ…
erceat virtutis actum, ſed neceſſ…
*Juſtitiam operatur.* quippe p…
tere quidem proprias poteſt in…
ut hoc ipſo demonſtret, non…
borioſè curandum ſibi honor…
trinſecus accidentem, ſed non p…
eas relinquere impunitas, q…
ſummus eſt Princeps, & ut ul…
garè debet injurias non alien…
tùm, ſed & proprias. ſi nunc…
dicat, alio tempore vindicare…
eſt, & hoc erit *dies vindictæ*.…
quàm nunc facilè omittat vin…
ſatis id tibi teſtari eadem an…
poteſt, quæ toties in hanc uſq…
prodidit ſponſum tam præſtantem…
is tamen adhuc diſſimulat. q…
diſſimulat? adhuc miſſis nunti…
illi dicit: *Fornicata es cum amatori…
multis; tamen revertere ad me,…
ſuſcipiam te.* Jer.3.v.1. Unde…
ne perpendas, non dicit ſapiens: Z…
*& furor viri non parcet.* ſolùm di…
*non parcet in die vindictæ.* Ah…
nunc pronus & facilis eſt ad con…
nandum!

3. Conſidera, quæ ſit cauſa, …

Princeps iſte, ſponſus animæ tuæ, nunc tantâ lenitate procedat, nempe quia creditur nunc commorari in regione valde remotâ. *Abiit in regionem longinquam*, quæ eſt Paradiſus, *accipere ſibi regnum.* Luc. 19. v. 12. unde vides cœlum ſæpe ſe gerere, ceu ignoraret ea quæ in terrâ geruntur: videre diſſimulat, audire diſſimulat, adeò ut ſponſæ ſuæ aliquando ſibi perſuadeant eum domi non inveniri. *Non eſt Vir in domo ſuâ: abiit viâ longiſſimâ.* Prov. 7. v. 19. atque ſic peccant audaciùs. ſed grave, quia quamcunque procul eſſe videatur, præſens aderit aliquando: *abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reverti.* & quid erit, ſi improviſò ſuperveniens reprehendat animam, uti facilè fieri poteſt, in ipſo actu perfidiæ? ò quis tunc pudor, quis dolor, & luctus? ſed fruſtra. *Ecce ego ad te, dicit Dominus, & revelabo pudenda tua in facie tuâ.* Nah. 3. v. 5. ut adeò ſponſa infidelis negare non poſſit infamem perfidiam, etſi velit. Quid mirum ergo, ſi tunc miſera ſine remiſſione puniatur? In flagranti, ut ajunt, deprehenſa eſt. nullum eſt remedium malo. Et hæc eſt, ſi neſcis, dies vindictæ: dies, quo Chriſtus animas in ſcelere deprehendet. Nunc, quoniam abiit in regionem longinquam, videtur injurias ſibi factas non tam attendere, quàm ſcire, unde nec ſine remiſſione judicat. Tunc autem fieri eis cernet, ut ita loquar, quaſi ſub oculis: *Juxta me te diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum*, & ideo tunc quoque adveniet dies adeò fatalis, *dies vindictæ.* Hinc eſt, quod loquens de utrovis die Judicii, ſive Univerſalis, ſive Particularis, ſemper uſus ſit nomine adventûs: *Ecce venio velociter. Ecce venio citò &c.* ut adeò Evangelicâ phraſe idem ſit dies judicii, ac *dies adventûs.* ut intelligas, cùm ille advenerit, non amplius ſupereſſe ſpem veniæ homini, qui in ſcelere deprehenſus eſt. *Zelus & furor Viri non parcet in die vindictæ*, vel quod perinde eſt, *in die adventûs ſui.* Quod ſi ita eſt, noli expectare, dum veniat. dic potiùs Animæ tuæ, ut renunciet omni proco infami, ut componatur, ut compungatur, ut mutet vivendi modum. aliàs ſi deprehendatur in lapſu, actum erit, & tamen hic ſponſus amat venire improviſus. *Mediâ nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit*, Mat. 21. v. 5.

4. Conſidera, ſi dies illa eſt dies vindictæ ſponſo tam nobili, qualis hic eſt, haud dubiè irritas tunc fore apud ipſum omnes preces Animæ peccatricis: *Non aquieſcet cujusquam precibus.* quia ſi omnes ſancti ſanctæque Cœlites flexis poplitibus veniam pro Animâ tuâ die illo poſtularent, eam neutiquam impetrarent. *Ultionem capiam, & non reſiſtet mihi homo.* Iſ. 47. v. 3. Homo non poteſt reſiſtere DEO niſi unico tantùm modo, nempe precibus. Dicit ergo DEUS eo die neminem ſibi reſtiturum, quia nullius preces quidquam virium habebunt. nec id ſolùm. veniat quiſquis volet, eleemoſynas offerat copioſiſſimas, jejunia, flagra, cilicia. Sponſus olim donorum hujuſmodi tam avidus, nihil

ultra admittet: *Non ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.* adeò, ut ſi ſancti omnes ſanctæque concordibus animis ſe offerrent redituros in terram ad hunc ſolum finem, ut ſatisfaciant pro animâ illâ infelice, ille in æternum non acceptaret. Eccur? jam audiſti, quia dies illa eſt *dies vindictæ.* Ecce quàm parùm nunc requiratur ad placandum ſponſum honoris ſui adeò zeloſum! unum ſuſpirium, una ſ… tio, unus dolor animi contri… verò non ſufficerent omnes … divitiæ in unum cumulatæ. … *derunt divitiæ in die ultionis.* …

4. Nec ejus rei alia dari po… niſi quia *Zelus & furor Vi… parcet in die vindictæ.*

* * *

## X.

*Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cùm ignoret, quid … cat ſibi in vitâ ſuâ numero dierum peregrinationis ſuæ, … pore, quod velut umbra præterit?* Eccli. 7. v. 1.

1. CONſidera, hoc loco ſuggillari à ſapiente omnes ambitioſos, omnes avaros, omnes illos, qui, uti fieri præcipuè in mundo ſolet, altiora quærunt ſtatu ſuo, in quo DEUS eos collocavit. nam omnes iſti quærunt *Majora ſe.* ſed quare majora ſe? fortè quia ſuperiora quærunt conditione ſuâ? neutiquam: quia hoc non ſufficit, ut dicantur quærere majora ſe, cùm eorum non pauci digni ſint ſorte meliore, & altiore conditione, quàm ſit ea, in qua modò verſantur. Majora ſe quærunt, quia quærunt, quæ ſuperant capacitatem ſuam. quis ſenſus? omnes, qui non contenti præſenti ſtatu prenſant alium, ſine dubio futura quærunt, adeóque capacitate ſuâ ſuperiora. Quippe an illi ſciunt eorum conſecutionem ſibi utilem potiùs quàm noxiam futuram? Hoc ſoli DEO conſtat, qui in Mente ſuâ Prædeſtinationis eorum ſeriem diſpoſuit. … teſt, ut illud officium, illa digni… pecunia, parentela, ad quam … anhelant, illis afferat æternam … onem. ſtulti igitur ſunt, … ſtudio quærunt. & ideo … quaſi ridendo dicit: *Quid ne… homini majora ſe quærere, cùm … quid conducat ſibi in vitâ ſuâ nu… erum peregrinationis ſuæ:* Te… riginalis in fonte habet: *… rere.* At noſter Interpres Divi… ſus tranſtulit *Majora ſe*, qu… omnibus ſuperiora ſunt capac… manâ, nempe futura. DEU… ſcit, quâ demum viâ conſequ… nos oporteat. Ideo ſicut pere… qui natus exul in regione lon… viam neſcit, quâ tendat in patri… ritum habere ductorem debet, … quoque duci à DEO patiaris, … eo, qui in terra ſuſtinet locum …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eccleſiâ à tuo Præſule, in Monaſterio à tuo Præpoſito, in ſæculo à Patre tuo ſpirituali. Hæc vera eſt regula. quæ ſequitur dementia tua, dum non ſolùm pro regulâ ſequeris genium tuum, ſed continere, diteſcere, & tuam ipſe telam pertexere ſtatuis, velit nolit DEUS. Contentus eſto ſtatu, in quo ipſe te poſuit, aut ſi nihil eſt, quod porrò requiras, ſequere fidelem obedientiæ ductũ. tunc ſecurus eris. *Qui cuſtodit præceptum, non experietur quidquam mali.* Eccl. 8. v. 5. Non ſolùm *non experitur* de præſenti, quia ſanctè operatur, ſed neque *experietur* de futuro, quia operaris ſecurè. ſi annos vixeris centenos, nunquam nocebit obedivisse. ô ſolatium Divinum!

2. Conſidera, etſi minimè nocere conſequi eos gradus, quos procurare ſatagis, dum vivis, plurimum nocere, quòd hos quæras. Ratio eſt, quia ea cura nimium mentem abſtrahit ab eo, quod majoris momenti eſt, nempe negotio ſalutis, alî quàm dubio & ancipiti negotio! Tu neſcis, quid ad tuam ſecuritatem maximè conducat: *Quid conducat tibi.* & conſequenter aliud agere non deberes, niſi ſummo ſtudio occupari circa negotium tanti momenti. In eo figi oporteret curas tuas omnes, cogitationes, verba, deſideria. porrò dum quæris res in terra obtentu difficiles, quales ſunt altioris fortunæ gradus, neceſſe eſt id, quod maximi momenti eſt pro minoribus negligi. nunquid melius eſt impendere in utilitatem animæ eam ſolicitudinem & ſtudium, quæ tanto ardore rebus impendis terrenis? *Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cùm ignoret, quid conducat ſibi in vitâ ſuâ, numero dierum peregrinationis ſuæ?* Qui peregrinatur, non occupatur in via curis inutilibus. ſolùm attendit ad finem propoſitum, nempe ut ſecurè patriam attingat, hoc cogitat, hoc loquitur, hoc requirit. cetera nil moratur. ſufficit illi vulgare diverſorium, veſtitus & victus ordinarius, ſervorum obſequia etiam ordinariis minora: & quam ob cauſam? quia non habet tempus, quod perdat: Peregrinus eſt. an ignoras te peregrinum eſſe in terra? Patria tua Cœlum eſt. Itaque impende tempus in iis addiſcendis, quæ nôſſe refert, nempe quæ ſit via ſecurior eò pertingendi. Ceterùm *quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cùm ignoret, quid conducat ſibi in vitâ ſuâ?* ſi ſciret, *quid conducat*, nempe ad conſecutionem ſalutis æternæ, poſſet equidem minore damno tempus ſuum aliis impendere, id verò cùm ignoret, curet bene apprehendere. nam id ſolum momentum habet. *Porrò unum eſt neceſſarium.* Hinc eſt, quòd ſapiens non dicat: *Quid prodeſt homini majora ſe quærere,* dicit, *quid neceſſe eſt?* & cur dicit hoc modo? quia perſuaſum illi eſt, non habere hominem quod agat in terra, niſi neceſſarium, nempe opus ſalutis æternæ.

3. Conſidera ad iſta accedere, quòd tempus ſit modicum, quia non de ſeculis agitur, ſed diebus tantùm, qui vitam tuam conſtituunt, *numero dierum.* Quâ igitur ratione audes illud perde-

re aliud quærendo? aqua, tempore obſidionis, quia modica eſt, auro emitur, & ſic etiam frumentum in caritate annonæ, fœnum in ſiccitate, ferrum in raritate, aromata in penuria, & eadem proportione mercium ceterarum etſi vulgarium, ſi paucæ exiſtant, creſcit pretium uſque ad ſummum. Cur ergo apud te ſolius temporis pretium non augetur, quod tamen per ſe adeò pretioſum eſt? audis, quibus terminis arctatur humana vita? *numero dierum.* Ne putes exorari denique DEum poſſe, ut talem numerum protendat, quia ſi numerus eſt, jam definitus eſt. unde ſapiens hoc loco, etſi poſſet, dicere noluit *diebus peregrinationis*, ſed *numero dierum*, ut intelligas ſpem nullam eſſe eos augendi. res omnes coram DEO certo ſtant numero, & ſic etiam vitæ tuæ dies. *Notum fac mihi Domine numerum dierum meorum, ut ſciam, quid deſit mihi.* Pſ. 38. v. 5. Itaque in id unum incumbe, ut viâ ſecurâ pergas in patriam, quia & pauci ſunt, & definiti. Ita Peregrinus facit, cui pro adventu in locum aliquem brevis præſtitutus eſt terminus ſub hæreditatis jacturâ. O quantopere laborat etiam prævertere, ut potiùs temporis aliquid ſuperet, quàm deficiat.

4. Conſidera Tempus ejuſmodi non ſolùm eſſe tam modicum, non ſolùm tam præciſum, ut modò diximus, ſed etiam velox inſtar umbræ, ut idcirco ſapiens, cùm dixiſſet *numero dierum peregrinationis ſuæ*, ita concludat, *& tempore, quod velut umbra præterit.* ſed cur hic dicit: Tempus velut umbra

præterit, & non potiùs velut
qui per plana decurrens
quieſcit, velut navis per undam
avis per aërem, velut ſagitta
miſſa? cauſam intellige: quia
mâ velocitate tranſeat, creditur
ſemper eodem loco conſiſtere
eſt proprium umbræ. Curſor
victoriæ nuncium affert,
tranſit, ſed qui eum videt, facit
tit eum ire velociter. navis
tranſit velociter, ſed advertis
tranſit velociter, ſed advertis
tranſit velociter, ſed advertis
ceteris. Non ſic umbra.
aſpice horologii ſolaris, quæ
terlabentis temporis ſignat
Tranſit velocitate infinitè majori
ſolùm quàm res modò dictæ,
excuſſus majore tormento
indubitatum eſt umbram
qui proportione ſuâ motum
quo dependet, quin unquam
culum ſubſiſtendi, niſi miraculo
ſolis curſus ſiſtatur. quis
incredibilem eſſe velocitatem
ſolaris? ſatis ſit dicere
tio pluſquam unum millionem
rium abſolvi. & hujus
citati ſemper correſpondet
portione in ſphæra ſua motus
& tamen quantumvis fixis oculis
cias, nec moveri quidem advertis
deò inſenſibilis eſt motus ob
quem reducitur, parvitatem
mnino res habet cum tempore
*umbra præterit*, quâ menſuram
*umbra, quæ indicat ipſum tempus*
huic ſoli conformat motum

[..]rit velocitate planè prodigiosâ, ſed [..]o ſimul modo præterit, ut prius præ[..]teriviſſe quàm præterire notetur. Quis ergo explicet, quàm grave ſit periculum id inutiliter perdendi, ni caveas? unde tantò magis obligaris ad cautelam. Peregrino, maximè ſi arctari ſe ſentiat, nihil tempore pretioſius. illud ſomno, civilitatis officiis, confabulationibus, curioſitati, imò vel ipſi menſæ detrahit: nec aliam ob cauſam, niſi quia peregrinus eſt. Talis tu quoque es, peregrinus es, & peregrinus tendens ad terminum, quem ſi non attingas hora à Domino præfixâ ad ſalutem, periiſti. nulla ſpes eſt eò unquam pertingendi. Vide ergo, an temporis aliquid ſit perdendum in terra, prout faciunt tot ambitioſi, tot avari, tot alii, qui unicè ſunt intenti procurandis cōmodis mundi hujus miſerabilis, in quo tamen ſe peregrinari ſciunt. Porrò ſi tempus ampliùs non erit, facilè nunc iſtorum verborum ſenſum intelliges, quæ meditaris: *Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cùm ignoret, quid conducat ſibi in vitâ ſuâ.* his definitâ adjunctis, *numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut umbra præterit.*

## XI.

*Hi ſunt, quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum. Jud. Ep.*

1. CONſidera, quomodo una graviū pœnarum, quas damnati patientur in barathro inferni, futura ſit illa Tenebrarum. Non erunt iſtæ ſolùm palpabiles, ut quondam Ægyptiæ, ſed procelloſæ: ut ideo dicat Apoſtolus de his miſeris: *Hi ſunt, quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.* Erunt deinde hæ tenebræ duplicis generis externæ ſcilicet & internæ. Illæ ſpectant ad pœnam ſensûs, iſtæ ad pœnam damni. Precare DEUM, ut lumen tibi tribuat utrumque genus bene cognoſcendi, ut utrumque diſcas pariter timere.

2. Conſidera primò tenebras exteriores, quarum Chriſtus toties in Evangelio meminit: *Ejicientur in tenebras exteriores. Ejicite in tenebras exteriores. Mittite eum in tenebras exteriores.* non quòd exteriores interioribus ſint magis pœnales, ſed magis ſenſibiles. Iſtæ in Inferno orientur ex triplici capite: ex ſtatione, ſitu, materiâ. Et primò quidem orientur à ſtatione vel loco, in quo habitabunt damnati. quippe cùm infernum cogitas, imaginari oportet vaſtum quendam hiatum in ipſo centro, *in corde terræ* (ut quanto fieri poteſt intervallo damnati diſtent à beatis) qui inſtar tumuli undique concluſi non admittat quidquam lucis, quia terrâ, quæ illum operit, ex omni parte æqualiter ambitur. *Deſcenderúntque vivi in infernum operti humo.* Num. 16. v. 33. Deinde orientur à ſitu, quem ſervabūt damnati. quia in iſta ſua ſepultura erunt omnes poſt Judicii diem, uti nunc cadavera ſunt in ſua tempore contagionis,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adeò erunt acervati, accumulati, denſati, ut, quemadmodum nunquam poterunt extendere ſe ipſos, nunquam dilatare, nunquam os diducere ad unam exprimendam ſyllabam vel ſonum articularem ( juxta ſenſum illius, qui olim dicebat : *Impii in tenebris conticeſcent.* 1. Reg. 2. v. 8. ) ita nec aperire poſſint palpebras vel ad explorandũ, an videant nihil. Tanta erit oppreſſio, quâ illis incumbet Ira Divina, cùm denique ejus pedibus ſubſternetur omnis ſimul maſſa inimicorum conculcanda. *Calcavi eos in furore meo.* Iſ. 63. v. 3. Tertiò denique orientur à fumo, quo damnati ſemper involventur, quæ eſt materia, quippe ſepulcrum iſtud Tartareum pro fundo habebit, uti certum eſt, ingentem lacum ſulphuris accenſi : *Stagnum ignis ardentis ſulphure.* Apoc. 19. v. 20. quod ignem ciens turbidum & tetrum, ideóque ad ſpargendam lucem ineptum, terrifica emittet flammarum volumina, miſta fumo immenſo, & nunquam ceſſaturo : *In ſempiternum aſcendet fumus ejus.* Iſ. 35. v. 10. atque hîc demum erit vera *procella tenebrarum*. quia dum fumus in altum elatus non inveniet locum, quo exhalet, deorſum revertetur ſummo impetu, premétque alterum, à quo ſurſum agebatur, & ita procedendo, & ubíque inſinuando ſeipſum grandem illam cavernam ita offuſcabit, ut ſi etiam reprobis omne aliud tolleretur obſtaculum tum loci tum ſitûs, non poſſent miſeri vel unum dare obtutum, quin fumus eos excæcaret. Cogita tantiſper, quid nunc

de te foret, ſi tu quoq; in eo[...]
ſareris, & gratias age DEO, [...]
tibi non ſuperveniſſe procell[...]
ejus time indicia.

3. Conſidera ſecundò tene[...]
teriores exterioribus ſuæ d[...]
riores, etſi minùs à nobis app[...]
Iſtæ mentem poſſidebunt [...]
ut illæ corpus : & primò prov[...]
privatione omnis Luminis D[...]
*nobis, quia declinavit dies.* Je[...]
quia fulgere illis deſinet ſol il[...]
deò in omnes beneficus, nec [...]
plius illuſtrationes ullæ, inſp[...]
viſitationes miſerationis, ſed [...]
nis. deinde procedent à t[...]
maximis, quæ atrocitate ſu[...]
non permittent ea ſuſtinentes [...]
rere, diſtinguere, vel cogn[...]
quaſi ſtupefactos niſi malum, q[...]
muntur. *Emarcuit cor meum* [...]
*bræ ſtupefecerunt me.* Iſ. 21. v. 4[...]
tio naſcentur ab affectibus [...]
dum voluntatem tenebris o[...]
ab hac etiam tranſibunt ad [...]
dum intellectum: atque hæc [...]
*cella tenebrarum.* quia ſi vel [...]
ctio gravis iræ ſufficit ad exc[...]
intellectum viri ſapientis : *C*[...]
*ab indignatione oculus meus.* Jo[...]
7. quid damnatis fiet, qui ſe[...]
debunt rancore & rabie qu[...]
placabili adverſus DEUM? H[...]
ut, licet ſciant, ſe juſtè punitos, [...]
tamen eum blaſphemare tanq[...]
niquiſſimum : ut ejus gratiam [...]
mnant, ejus gloriam oderint: [...]
ſubjicere ſuperbi per humilitat[...]
lint, etſi adeò ſe agnoſcant hu[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſerum, qui verſatur in procella tam ſævâ. In ea ſi verſari nolis, quid ages? dolebis maximè, dum vides DEUM in tenebris tam ſpiſſis ita maltractari, ubi adeò eſſet honorandus. Certiſſimum ſiquidem eſt non minùs illum mereri in inferno ob Juſtitiam, quam exercet, ac in Paradiſo illi redditur ob miſericordiam, quam præſtat.

4. Conſidera procellas, quantò ſunt vehementiores, tantò etiam ſolere eſſe breviores. Talis non erit illa, quæ Reprobos in inferno obruet. Idcirco dum audis dicentem Apoſtolum miſeris ſervatam eſſe *procellam tenebrarum*, ne putes fore quidem furioſam, ſed tranſitoriam, diſertis verbis addere voluit, futuram eſſe procellam, ſed æternam. *Quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.* Quodſi ergo procella illa, etſi unâ tantùm horâ duraret, adeò eſſet formidabilis, quid erit, dum nullis unquam ſeculis finietur? *Uſque in æternum non videbunt lumen.* Pſ. 48. v. 20. Si vel uni nocte inſomnis egrè ſuſtines tenebras uſque ad auroram, quæ tam brevi reſurget; equid erit, ubi ſperari non poteſt ortus auroræ, & tamen nox vigilatur adeò pænalis non in molli ſtrato, ſed flammis urentibus. Tunc enimverò dici poterit: *Expectavimus lucem, & ecce tenebræ.* Iſ. 59. v. 9. quia uni nocti ſuccedet alia, atque huic rurſus alia, & alia, quin ulla unquam finiatur. Ideo ſi etiam aliunde damnatis non eſſet intercluſum effugium ex illo profundiſſimo barathro, dicere ſufficiat eos verſari in tam densâ caligine, & illico cognoſces eos in æternum non reperturos exitum.

5. Conſidera denique, quomodo dicat Apoſtolus grandem iſtam procellam tenebrarum non ſolùm miſeris iſtis paratam jam eſſe ſed ſervatam. *Hi ſunt, quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.* Parantur alicui etiam illa, quorum nullam admodum rationem habebat: ſervantur autem propriè ea duntaxat, quæ ad ipſum ſpectant. *Servate mihi puerum Abſalon.* 2. Reg. 18. v. 5. En igitur, quàm juſtè peccatoribus ſerventur hæ tenebræ, dum ſplendente ipſis luce tam clarâ, tam conſpicuâ, qualis eſt illa Evangelij, ſtudio ſuos oculos occluſerunt, ne viderent. Stulta ſua dictamina præferendo documentis Chriſti: *Dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Jo. 3. v. 19. Tu interim quid agis in præſens? an fortè amicus es tenebrarum? Cave, ne ſis: ſic enim amicus es damnationis tuæ. Sunt iſta duo adeò connexa, ut ad ſignificandam damnationem alicujus ſæpe non uſurpetur vox alia quàm tenebrarum: *Non patietur animam ire in tenebras.* Job. 4. v. 11.

## XII.

*Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Vir-
quam enim partem haberet in me Deus deſuper, aut hæ-
tem omnipotens de Excelſis?* Job. 31. v. 1.

1. COnſidera id, quod propoſitum Jobo fuit in verbis hîc adductis, aliud non fuiſſe, quàm ut oſtenderet firmiſſimum decretum longiſſimè ſe abſtinendi ab aſpectibus impuris, ne ſe exponeret periculo damnationis. Hoc autem poſito, cur illi ſatis non fuit dicere: *Pepigi cum oculis meis*: cur dicit: *Pepigi fœdus*? nomen fœderis duplicem habet ſignificationem. aliquando colligationem, & aliquando Inducias ſignificat. Haud dubiè priorem ſenſum non habet hoc loco, quippe S. Job utique non voluit fœderari ſuis oculis ad videndum, ſed potiùs paciſci, ne videret. Reſtat ergo, ut de inducijs loquatur, quæ ſunt ceſſatio quædam. cur autem utitur hoc modo loquendi? triplici ex capite, primò ut intelligas oculos tuos cetera tibi adeò charos hoſtes eſſe tuos maximè capitales. Inducias non cum amicis, uti confœderationem, ſed cum hoſtibus facimus; & tunc facimus, cùm ab ipſis adhuc grave timemus malum, niſi quamprimum ſiſtatur curſus victoriæ. O quantum malum afferre tibi poſſunt oculi, niſi eos reprimas tempeſtivè! reducere poſſunt animã ad extremam, quam ſentire poſſit, ſervitutem, quæ eſt Libidinis. *Statim captus eſt in ſuis oculis Holofernes.* Jud. 10. v. 4. Deinde ut intelligas oculos tuos non tantùm hoſtes eſſe ca-

pitales, ſed præcipuos. In-
cum milite gregario, ſed c
cibus paciſcimur; & tales
li. Ipſi ſunt, qui introducu
mam illas militum copias, q
ſtea impugnant, cogitatio
quam. Atque ideo induc
culis paciſcere. Si paciſci velis
gitationibus, non cum oculis,
facies, ſicut qui ducibus om
gregarijs concludit. Terti
ligas, nunquam integrè tu
dendum. quando cum hoſt
cluſa pax eſt, jam quilibet il
micis fidit. non ita, ſi ſint fa
cùm induciæ. Pergimus
ſtatione ſuâ ſervare militem,
bus munimenta, ferè ut in
li. Cum oculis perfectam
non potes, donec occludan
paciſci potes inducias. & id
quam fidere omnino debes
deantur nihiladmodum mole
are. Proditores ſunt. Me
ſi velis, ſe pacem æternam ſerv
ſed non eſt ita: brevi eam vi
& ideo illis denuncia, ne
ipſis pacem, quæ te oblige
deponenda. Hæ ſunt tres
ob quas S. Job ad exprimendũ
tum, quod habebat, frenan
ctus oculorum, hoc potiùs qu
uti voluit modo loquendi:
*fœdus cum oculis meis &c.* T

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex his trahere utilitatem & profectum ſtude.

2. Conſidera, cùm hìc de inducijs ſermo ſit, quæ conſiſtunt in ceſſatione aſpectuum, videri dicendum fuiſſe *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne aſpicerem*, non autem, *ut ne cogitarem*. quia quantumvis verum ſit ab oculis ſæpe in mentem introduci cogitationes, quæ ſunt robur exercitûs; nihilominus eas non niſi medijs aſpectibus introducunt, qui ſunt, ut ita loquar, earum emiſſarij, exploratores, & quaſi primum agmen; & conſequenter videbatur Job in pacto tanti momenti debuiſſe includere non cogitationes duntaxat, ſed etiam aſpectus, imò primò aſpectus, deinde cogitationes. De hoc quis ambigat? incluſit, ſed non expreſſit, quia ſuperfluum judicavit: facilè intelligebatur. Includens robur exercitûs, qui debet ab omni hoſtilitate ceſſare, ſine dubio etiam exploratores, & prodromos, qui ſemper antecedunt, includit, etſi non exprimat. Itaque cùm Job dixit, *ut ne cogitarem*, per conſequens etiam dicere debuit: *ut ne aſpicerem*, quia inter cogitationem & aſpectum non eſſe diſtinguendum cenſuit, cùm idem planè ſint. O quàm certum eſt ſequi cogitationem, poſtquam tranſiit aſpectus! ſemper junguntur: *Si ſecutum eſt oculos meos cor meum*. Job 7. Tantum ergo fuit dicere: *ut ne cogitarem*, quantum, ſi dixiſſet; *ut ne aſpicerem*. Maluit tamen Job dicere: *ne cogitarem*, quàm: *ne aſpicerem*, ut conſtaret, de quo genere aſpectuum loqueretur, nempe de aſpectibus fixis. Fortuitus aſpectus non poterat prudenter pacto comprehendi. Nam qui ſunt Doctores illi, qui efficere poſſint, ut induciarum tempore nemo militum exorbitans citra ipſorum mandatum hoſtile aliquid attentet? ſufficit id non permitti. In pactum deduci poterant omnes aſpectus, qui voluntarij vocantur. & quia Job de his agere volebat, potiùs dixit: *ne cogitarem*, quàm: *ne aſpicerem*. Cùm animus ſtudio rebus attendit, eas dicitur videre: & ſic è contrario, cùm oculi ſtudio illas vident, cogitare dicuntur: *Veruntamen oculis tuis conſiderabis*. Pſ. 90. 8. & hi ſunt ordinariè aſpectus, qui nocumentum afferunt animæ, nimirum Voluntarij. Quid agis ergo, quòd caſu incidens in aliquid, quod creare periculum poſſit, in eo oculos defigas? Potiùs quamprimum in terram oculos demitte, quia quamdiu fortuitus eſt aſpectus, merus eſt aſpectus: cùm voluntarius eſſe incipit, jam non eſt aſpectus tantùm ſed cogitatio. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine.*

3. Conſidera hanc timiditatem Jobi videri poſſe nimis ſcrupuloſam, dum addit: *de Virgine*. quia ſi ſervare ſe voluit ab obtutu hoſtili, hoc eſt, ab eo, qui inducere in malum potuit, ſatis erat abſtinere ab aſpectu mulieris vanæ: non ita ab aſpectu Virginis, quæ collecta in ſeipſam, pura, pudica, nil niſi ſummam verecundiam vultu ſpirat. O quantum deciperis

ciperis ! aſpectus etiam talis Virginis tam pernicioſus eſſe aliquando poteſt, quàm alter mulieris vanæ. *Virginem ne conſpicias*, ait Eccleſiaſticus, *ne fortè ſcandalizeris in decore illius.* Eccl. 9. v. 5. advertis ? non ait ; *ne fortè ſcandalizet te in decore ſuo* : ſed dicit : *ne forte ſcandalizeris in decore illius.* quia Virgo tam modeſta, quam dixi, pura, pudica, non dabit tibi ullum ſcandalum *in decore ſuo*, uti dat vana quædam mulier. Sed tu ab ipſa accipies, etſi illa non dederit. quid refert ergo, ſcandalum non eſſe activum, ſi fuerit paſſivum ? Hoc ſolum ad te damnandum ſufficit. imò nunquam eſt ſcandalum activum, quo peris, ſed ſemper paſſivum. Non eſt datum, ſed acceptum. & ideo dicebat Job : *ut ne cogitarem quidem de Virgine.* hinc eſt, quòd ne quidem diceret *Virginem*, ſed *de Virgine*, quia non tantùm ipſam, ſed nec de ipſa aliquid cernere volebat, hoc eſt, nihil eorum, quæ circa ipſam ſunt : *aliquid de Virgine.* an neſcis ad rapiendos oculos Holofernis ſandalia, nedum capillos fuiſſe ſatis ? *Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus.* Jud. 16. v. 11. Itaque omnino ab his aſpectibus ceſſandum eſt. ita ſecuræ ſunt induciæ, & non aliter. ſecùs enim ijs includis omnes inimicos, non manifeſtos tantùm, ſed etiam ſuſpectos. Aſpectus illi, qui inermes videbantur, niſi caveas, ſubitò ferrum ſtringent, quod modò tam bellè tegunt, téque aggredientur graviſſimâ inflictâ plagâ.

4. Conſidera, ſi aſpectus [illegible]
ſufficerent ad hanc ſtragem, [illegible]
non fuiſſe tam clarè dicturum [illegible]
*enim partem haberet in me DEUS de*
*ſuper, aut hæreditatem omnipotens de*
*excelſis ?* dum ergo hoc dic[illegible]
tum tibi eſto, nihil eſſe mali, [illegible]
accidere tibi ex his aſpectibus [illegible]
poſſit. Soli iſti poſſunt effic[illegible]
nullam in te partem DEUS [illegible]
*quam enim partem haberet in me*
*deſuper ?* & quam ob cauſam [illegible]
te totum DEO ſubducent. [illegible]
modi aſpectibus ſuccedent, [illegible]
mus, cogitationes, iſtæ veloci[illegible]
lico ſubducent mentem ; co[illegible]
nibus ſuccedent delectationes, [illegible]
ſubducent appetitus omnes [illegible]
res, & omnes tuos affectus. De[illegible]
tionibus ſuccedent conſenſus, [illegible]
DEO ſubducent voluntatem [illegible]
conſenſibus ſuccedent opera, [illegible]
ſubducent DEO omnes tuo[illegible]
externos. & ecce, qui jure [illegible]
ret te poſſidere totum ut Domi[illegible]
ſolutus, nullam ampliùs de te [illegible]
habet : imò nec habet parte[illegible]
quia neſcit, quà intret, ut tibi [illegible]
tur ad cor, atque hoc eſt peſſi[illegible]
bidinis malum. totum occup[illegible]
nem, ita ut DEUS eò penetrare [illegible]
poſſit. Da mihi aliquem hu[illegible]
deditum : videbis, quòd non [illegible]
intra cor non admittat DEUM, [illegible]
metuat, ne ipſe per ſe eo im[illegible]
met omnem inſpirationem, qu[illegible]
poſſit avertere à re ſuâ dilect[illegible]
illi adhæret : timet conciones, [illegible]

plis, monaſteria, libros ſacros, verbo, amet inſtar phrenetici curationem mali, à quo ut ſanetur, nullis eſſet ſumptibus parcendum. *Timebam, ne me cito ſanares à morbo concupiſcentiæ, quam malebam expleri, quàm exſtingui.* S. Aug. & ecce id ipſum, quod dicere voluit: *Quam enim partem haberet in me DEUS deſuper?* quia nec DEUS quidem poteſt in cor ejuſmodi ex alto penetrare ſuis inſpirationibus, quæ aliàs facilè portas etiam occluſas penetrare ſolent. & ſi DEUS etiam partem habeat in tali corde *deorſum* tanquam Autor naturæ; eam non habet *deſuper*, ut Autor gratiæ.

5. Conſidera, necdum finem eſſe malorum. quippe ſi hoc Libidinis vitium DEO ſaltem relinqueret poſſeſſionem hominis poſt mortem, videri poſſet tolerabilius, etſi in vita illum ſubduceret: ſed hoc peſſimum, quòd nec in vita nec in morte relinquat. & ideo quum dixiſſet: *Quam enim partem haberet in me DEUS deſuper;* pergit dicere: *& hæreditatem omnipotens de excelſis?* Participamus propriè de bonis alicujus, dum vivit: hæreditate capimus, dum mortuus eſt. Jam verò Libido non permittit, ut DEUS hæreditate te poſſideat, quia facillimè fieri poteſt, ut mori te ſinat impœnitentem, ut vivis. Et ratio eſt, quia hoc eſt genus mali, quod præ alijs ex actuali facillimè tranſit in habituale, & en te redactum ad moralem neceſſitatem perdendæ ſalutis. quia ordo, quem ſervant oculi, dum ultimum afferunt exitium animæ, hic eſt, quem quarto puncto capimus memorare. Primò proferunt aſpectus; iſti mox trahunt cogitationes: has ſequitur delectatio, delectationem conſenſus, demum ipſa opera, quæ DEO rapiunt hominem vivum. operibus ſuccedit conſuetudo, conſuetudini neceſſitas, neceſſitati deſperatio unquã ampliùs emergendi ex hoc ſtatu, deſperationi damnatio, quæ denique aufert DEO hominem mortuum. & ecce DEUM, ut ait Job, nec partem habere in te, nec hæreditatem, & ſi hæreditatem habeat, non habere *de Excelſis:* quia DEUS ubique eſt, tam in inferno, quàm in cœlo. *Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades.* & ideo in caſu noſtro hæreditatẽ habet *omnipotẽs de profundo* per Juſtitiã, non habet hæreditatẽ *Omnipotens de excelſis* per miſericordiam. Id videmus accidere quotidie. Unde hoc maximè Vitio impletur infernus. quo poſito an non putas cum ſumma ratione exclamâſſe Jobum, cùm in verba iſta prorupit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine?* Videbat, quanti referret nullam permittere oculis actionem hoſtilem, hac enim permiſsâ ſe perditum credebat. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* Thr. 3. v. 51. & ſi adeò id timuit vir maximæ virtutis, quid tu facies, qui propendes ad malùm?

# XIII.

*Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filij [...] ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Rom. 8. v. 19.

1. CONſidera, quàm ſoliciti ſint quidam habendi ſignum prædeſtinationis ſuæ, quàm fieri poteſt, certiſſimum. Ecce illud, quin multum indages, datum ab Apoſtolo: nempe Conformitatem Ectypi cum ſuo Prototypo vel Exemplari. *Quos præſcivit, & prædeſtinavit* (intellige *hos*, ſicut plerique Expoſitorum ſubintelligunt) *Quos præſcivit, hos & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Cogita proinde generale Prædeſtinationis negotium contigiſſe in hunc modum. Conſtituit Pater primum ſuum Electum, qui fuit Chriſtus JESUS, filius ſuus naturalis, atque hunc prædeſtinavit ad comparandam ſibi gloriam Redemptoris laborioſis exercendis virtutibus. *Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.* Proceſſit deinde, noſtro modo cognoſcendi, ad eligendos gradatim alios, ſed eâ ratione, ut JESUS eſſet Exemplar, cui omnes tanquam filij adoptivi eſſent conformandi, ita, ut quiſquis nollet huic exemplari conformari, excluderetur à gloria, qui vellet conformari, admitteretur, juxta diverſum majoris vel minoris conformitatis gradum. Nunc intelligis omnia verba Apoſtoli. *Quos præſcivit, hos & prædeſtinavit.* Eos, quos Dominus elegit, *Præſcivit*, quæ eſt

formula quædam propria [...]
*Electis Advenis ſecundum præ[...]*
*DEI Patris.* 1. Pet. 1. v. 2. [...]
riter prædeſtinavit, ſed ad qu[...]
*formes fieri imaginis filij ſui*, [...]
Exemplaris, quod illis in filio [...]
nedicto proponebat. Tu ver[...]
agnoſcis, quale fuerit hoc Ex[...]
Vitam ejus lege, & videbis, [...]
buerit relinquere tibi exem[...]
pertatis, Humilitatis, Obedien[...]
ritatis, Modeſtiæ, Manſuetu[...]
tientiæ non in uno genere pati[...]
in omnibus: *Probatus per om[...]*
talis etiam eſt tua? ſi talis [...]
beatum, quia Ectypon ſimile [...]
Prototypo; ſi talis non eſt, [...]
contremiſce, quia diſſimilis [...]

2. Conſidera, quàm æqu[...]
hoc modo Patrem æternum [...]
re. quia ſi ceteri electi debe[...]
ejus filij adoptivi, conveniebat [...]
eos fieri ſimiles filio ſuo N[...]
Adoptio nobis tribuit, ut in Pat[...]
formes ſimus imagini fratr[...]
majoris glorioſi. meritò ergo [...]
re etiam debet, ut in via co[...]
ſimus imagini ejuſdem frat[...]
majoris patientis, adeò, ut, [...]
*tavimus imaginem terreni, ſic [...]*
*& imaginem Cœleſtis.* 1. Cor. [...]
tu ex parte tuâ ſuſciperes con[...]
frater eſſes indignus. Non [...]
bi videatur, quòd ille ex Unige[...]

qualis erat juxta Naturam Divinam, te in fratrem admiſſo effici voluerit Primogenitus ſecundùm humanam. Quâ igitur ratione ſortem tuam vis eſſe meliorem ? *Ruben primogenitus meus prior in donis , major in imperio.* Gen. 49. v. 2. Ex ſolo titulo Primogeniti , qui debebat eſſe *major in imperio*, in cœlo , poterat Chriſtus etiam velle major eſſe ſupra ceteram, *prior in donis* gaudendo prærogativis facultatum, honorum, commodorum, quæ ſecundùm legem illi competebant : & ipſe tamen ea non curavit, ſolùm ut te ſalvum faceret, & tibi, de cujus agitur ſalute, durum videtur eidem conformari?

3. Conſidera nihil ergo exaggeraſſe nec ſacras paginas, nec ſanctos, cùm adeò diſertis verbis proteſtati ſunt, pati oportere, ut ſalutem conſequamur. Hæc eſt via, quam huic ſcopo attingendo Dominus præfixit. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum DEI.* Aliam præfigere potuit, quis ignorat ? ſed poſtquam iſta placuit, non eſt medium, neceſſe eſt aggredi animosè. Itaque quemadmodum, ſi Princeps ſancivit amicitiam ſuam tecum pro militari obſequio, non litterarum commerciū exigit, ſed armorum, & vice verſâ, ita cùm DEUS poſuerit Amicitiam ſuam in ſola conformitate cum vita filij ſui Benedicti, hanc ſolam à te petit. Alijs obſequijs equidem blandiri, ſed ſatisfacere nunquam poteris. Nota proinde, quòd non dicat: *Uniformes fieri imaginis*, ſed *conformes*. Si dixiſſet *Uniformes*: væ nobis! De Matre ejus ſanctiſſimâ piè credi poteſt, eam ut Matrem adeptam eſſe exactam Uniformitatem cum vita filij ſui Benedicti, quæ cauſa eſt, ut S. Thomas diceret eam eſſe imaginem potiùs, quàm factam ad imaginem, adeò bene illum repræſentat. De alijs tam facilè credi nequit. Hinc eſt, quòd Apoſtolus reſpectu Chriſti aliam prærogativam ſibi tribuere nollet, niſi meri imitatoris. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Dicit ergo *Conformes*, non *Uniformes*. quia Conformitas admittit gradus. quod ſolatio eſſe poteſt. Verum eſt, gradibus conformitatis, quam cum Chriſto in terra habebimus, reſponſuram deinde alteram in cœlo. & ſic erit ibi reverà *Primogenitus in multis fratribus*, quia uti fratres ſtaturâ inæquales, majores minoréſve exiſtūt, ita in cœlo Prædeſtinatis accidet. Porrò omnes ſe invicem ut fratres amabunt, & ideo quivis alterius prærogativâ gaudebit, ceu foret propria. felicem te, ſi ſis de numero tam præclaro. at quomodo vis eſſe frater eorum in hæreditate, quando dedignaris eſſe frater in laboribus ? *Frater in anguſtijs comprobatur.* Prov. 17. v. 7.

4. Conſidera quàm aptus quoque fuerit ſermo Apoſtoli, cùm dixit: *Prædeſtinavit conformes fieri.* non dixit: *conformes eſſe*. & quare ? quia non dixiſſet verum. Infantes, qui ſtatim moriuntur poſt Baptiſmum, ſunt prædeſtinati, & tamen non ſunt prædeſtinati ad habendam in terra iſtam conformitatem cum imagine



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſti patientis, quantumvis ſint prædeſtinati ad eam habendam in cœlo cum imagine Chriſti glorioſi: ſed nihil refert. quia non obligamur habere eam conformitatem, ſed procurare, cùm poſſumus. *Conformes fieri*, non *conformes eſſe*. & ecce quàm bene dixerit *conformes fieri*, ut intelligas, prædeſtinatus ſi fueris, etſi per te ipſum conformare te nolis, fore conformandum: *fies*. tot erunt neceſſitates patiendi, in quibus DEUS te conſtituet, etſi tu fugias. Iſtud eſt ſignum veræ prædeſtinationis. atque idcirco, quantumvis dicere poſſet Apoſtolus: *Prædeſtinavit conformes ſe facere*. non hoc dixit, ſed dixit: *conformes ſe fieri*, & ſine reſtrictione dixit, quia ad elaborandam ejuſmodi conformitatẽ multi debent concurrere. DEUS exhibendo ſanctiſſimam gratiam ſuam in tribulationibus, quas immittit. homines te vexando, dæmones infeſtando, ipſæ res creatæ rationis expertes inferendo moleſtias, & tu demũ obſervãdo, quomodo Chriſtus in ejuſmodi caſu ſe geſſerit, ut ita te geras. Hæc eſt vera regula: *conformes fieri*, id eſt, non ſolùm ſeſe facere conformem, ſed & fieri. *Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam*. Thr. 3. v. 12.

5. Conſidera rationem, quam adducit Apoſtolus, in hunc modum factæ diſpoſitionis Divinæ, quæ eſt, ut Chriſtus ita ſibi faciat multos fratres, ſeu Prædeſtinatos. *Ut ſit ipſe Primogenitus in multis fratribus*: quantò enim major eſt numerus fratrum, tantò etiam major eſt gloria Primogeniti. *Circa illum corona fratrum*. Eccl. [...]
13. Hæc ratio primâ ſpecie [...] falſa, quia ſi Paradiſus iiſdem [...] majoribus affluunt gaudiis, [...] ret numerus, quàm cùm d[...] plus patiuntur: ſed falleris. [...] rat DEUS facere faciliorem [...] nem Paradiſi, quàm cùm eum [...] tibus expoſuit venalem, qui [...] & aculeorum ubique copia [...] Sufficit, ad eas colligendas [...] manum velis. Multò magis [...] que poteſtate eſt eſſe pauperem [...] Chriſto, quàm abundare op[...] miliari, quàm eminere, obedire [...] præcipere, abſtinere, quàm [...] atque ita de cæteris. Itaque d[...] ter æternus adeptionem Paradiſi [...] gavit conformitati cum vita, [...] Chriſtus tenuit, id requiſivit, [...] cujuſque poteſtate eſt. Sufficit [...] roſæ voluntatis propoſitum: [...] caſu altero minimè ſufficeret. [...] bene dixit Apoſtolus, cùm di[...] *deſtinavit conformes fieri imag[...] ſui, ut ſit ipſe primogenitus in [...] fratribus*. Deinde ſi in caſu [...] ti forent, qui regnarent cum Ch[...] multi fratres non forent, & ſic [...] quidem ille Primogenitus, ſed [...] deo *in multis fratribus*. nam qu[...] ſti eſſent filij adoptivi, qui nihil [...] rent ſimilitudinis cum Naturali [...] vis illi ſimiles in gloria, qui [...] in abjectione diſſimiles.

6. Conſidera homines pro v[...] fugere crucem, atque ita pro [...] fugere ſalutem. *Si extra diſcipl[...] eſtis, cujus participes facti ſunt [...]*

*ergo adulteri, & non filii eſtis.* Dicitur tamen hos fratres JESU multos futuros: *ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* & conſequenter multi etiam erunt prædeſtinati. Negari non poteſt, *vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* quid autem ? hoc debemus in acceptis DEO, quòd in altero mundo Purgatorium exiſtat. ſi non eſſet, væ nobis! quid fieret tot Chriſtianis, qui ſuis commoditatibus ſunt addicti? quis eorum ſalvus fieret? Ideo Dominus Miſericordiâ ſuâ infinitâ diſpoſuit, ut illi Prædeſtinati, qui, ne patiantur in vita, defectus plurimos committunt, patiantur poſt mortem. & ſic dici poteſt purgatorium eſſe locum, ubi, qui noluerunt ſponte conformari vitæ pœnali Primogeniti, fiant conformes meræ ſatisfactionis impendio, quo quiſque id demum ſibi comparet, quod per meritum non comparavit. ſed numquid extremæ dementiæ eſt iſtâ permutatione contentum negligere meritum, quod deinde tam durâ ſatisfactione compenſet? O quàm acerba erunt ſupplicia, in quibus ſolvere licet, non mereri! Hic eſt locus, in quo procedi ſolet cum rigore ſummo. *Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.*

7. Conſidera hoc eſſe oportere tibi gratiſſimum in oratione exercitiū, manu apprehendere Crucifixum, quæ eſt imago illa, quam voluit Redemptor de ſe ſpecialiter in hac terra relinquere, atque ibi per partes contemplari, & videre tantiſper, quomodo effigiatum reſpondeat exemplari. ô quæ differentia! Chriſtus nudus, tu bene veſtitus. Chriſtus inter dolores, tu in deliciis. Chriſtus in derelictionibus, tu in ſolatiis. Chriſtus contemptus, tu honoratus. putâſne hoc eſſe facere ſecundùm exemplar? quin imò, ſi pati ſponte neſcis, rogandus eſt Dominus, ut vi te adigat ad patiendum. quanquam quid aliud rogas, cùm Paradiſum petis? rogas, diverſis licèt vocabulis, ut multam tribuat materiam patiendi. ita ſtatutum eſt. *Quos præſcivit, hos & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui.*

## XIV.

*Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo jam dicit Spiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis: opera enim eorum ſequuntur illos.* Apoc. 14. v. 13.

1. CONſidera, qui ſint illi, qui *in Domino moriuntur.* ſunt illi, qui vixerunt *in Domino.* ita enim communiter accidit. ibi quiſque moritur, ubi ſtabile habet domicilium. Contingit aliquando mori quenquam, ubi fortè reperitur in tranſitu; ſed rarus eſt caſus. ordinariè moritur, ubi vivere eſt ſolitus. qui vivit in peccato, moritur in peccato. qui vivit *in Domino*, moritur

tur *in Domino.* Tu ubi vivis? cogita interim, ubi vivis, te quoque moriturum. ſi non in peccato, quod caſu aliquo committis, ſaltem in peccato, quod committis per habitum, in peccato laſciviæ, in peccato livoris, in eo, quod dici poſſit proprium ac tuum. *In peccato veſtro moriemini.* Jo.8.v.21.

2. Conſidera quid ſit mori *in Domino.* eſt mori ſi non pro Domino, uti Martyres ſolent, ſaltem in Domino, quod ſolent Confeſſores, hoc eſt, illi, qui cùm DEO fideliter ſervierint, non ſolùm in ipſo vixerunt per gratiam, quod eſt Juſtis omnibus commune, ſed vixerunt in ipſo per ſpecialiſſimum charitatis affectum. iſti propriè moriuntur *in Domino*, non ſolùm quia moriuntur in gratia, quod eſt omnibus commune, qui moriuntur Juſti. ſed quia moriuntur conjiciendo ſe totos in ſinum Domini ſui, moriuntur in ejus latere, moriuntur in ejus corde, moriuntur in beato amplexu ejus brachiorum. quàm pulcra mors, mori *in oſculo Domini!* væ illis, qui vivunt inter brachia inimici, tanquam illi præ ceteris dilecti. inter brachia inimici etiam expectent mortem.

3. Conſidera ad probandum, mortem adeò beatam, de quâ dicebamus, non cunctis evenire, qui moriuntur juſti, ſed iis ſolùm, qui ſingularis perfectionis ſtudioſi vixerunt, dicere Dominum: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Indubitatum videtur, hîc agi de gemina morte, quarum una alteram ſequatur: nam quâ aliâ ratione dici poteſt, quòd mortui morian-

tur? moriuntur vivi, & non
ſunt mortui. & hîc tamen in
*Beati mortui, qui in Domino mo*
certè id non abſque myſterio
ſertim quòd ſacræ Litteræ
vel apicem habeant redun
maximè Apocalypſis, ubi
comminatio eum expungendi
vitæ non ſolùm qui contradi
jus verbo, ceu non ſubſiſtere
etiam ut ſuperfluum expunge
*diminuerit de verbis libri Pro*
*jus, auferet DEUS partem*
*vitæ.* Apoc. 22.v.19. Hoc
mnes interpretes hac de
quaſi fulmine attoniti, ſummo
ſu judicant hic præcipuè ſe
eſſe de iis, qui primò mort
per hoc, quòd toti vivant in
mini, habent deinde beatam
tem, ut ibidem moriantur. &
an non veriſſimum ſit, quòd
riendi in Domino iis conting
vivunt in Domino. Sed qu
ri ſibi ipſi? Eſt anticipatâ ſe
avelli ab omnibus, quæ deniq
tollet, à facultatibus, à patria
tis, à vanitatibus, à delicijs, à
onibus, maximè verò ab amo
ſius inordinato, vivendo in co
ſic loquar, ſine corpore. I
qnibus ſcribere potuit Apo
*Mortui eſtis, & vita veſtra ab*
*eſt cum Chriſto in DEO.* Col
3. Ita eſt, ut coroneris, no
cœpiſſe bene, oportet usque
perſeverare conſtanter. Ideo
cuntur hoc loco Beati, qui
moriuntur ſibi, ſed qui pri

ſibi, deinde moriuntur in Domino. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Quid juvat te ſemel tibi mortuum, ut in Domino viveres, ſi deinde reſuſcitatus pergas tibi vivere? Oportet manere mortuum tibi, dum moriaris in Domino.

4. Conſidera, ſi terreat te mors iſta prima, quæ præcedit, conſolari debere ſecundam, quæ ſequitur, quia hæc demum quietem afferet perpetuam ab omnibus laboribus. ideo ſubjungitur: *Amodo jam dicit dicit ſpiritus*, ut requieſcant à laboribus ſuis. qualis eſt ergo ille ſpiritus, qui nunc adeò ſtimulat ad multum patiendum pro DEO, ad laborandum, ad ſudandum, ad mortificandum te ipſum? Spiritus Domini. nonne ſic eſt? jam verò hic Spiritus, qui nunc dicit, ut labores, tunc dicet tibi, ut ceſſes laborare. *Amodo*, ſignificat ab eo momento in futurum. Unde primò adverte, qualiſcunque ſit Spiritus, qui ante illud momentum tibi dicit, ut laborare deſinas, certè non eſſe Spiritū Domini; erit Spiritus proprius, Spiritus mundi, Spiritus malignus. Spiritus Domini hoc nulli dicit uſque ad momentum illud: *Amodo jam dicit ſpiritus*; ſed non priùs. O ſi noſſes, quàm abhorreat Spiritus Domini quenquam ſuper terram vivere otioſum! vult ſemper laborari, ſemper, ſemper, dum poteſt. *Labora ſicut bonus miles Christi.* 2. Tim. 2. neque mirum eſt: quia ſicut otium juxta Medicorum aphoriſmum, duos in corpore generat pernicioſiſſimos effect⁹, languorem, & fluxum; ita facit in animâ, facit debilem ad bonum, & pronam ad malum. Verum eſt, ſicut in corpore non illico apparent iſti effectus, ſed ſolùm ubi vires & vigorem ademerunt, ita in animâ. ſed ideo tantò magis timendum. quia infirmitates, quæ clàm & paulatim generantur, demum fiunt incurabiles. & tales ſunt, quas generat otium. Deinde adverte, quomodo dicat beatis his mortuis Spiritus Domini, ut requieſcant, quia ſatis jam laborârunt. *Requieſcant à laboribus ſuis.* Duplex eſt requies, una negativa, altera poſitiva. Negativa eſt mera ceſſatio à labore. Poſitiva eſt beata felicitas, quæ ceſſationi laborum adjungit illam perfectiſſimam quietem, quam experitur anima in ſecura poſſeſſione illius, quod vult. Tam de unâ quàm de alterâ quiete intendit hîc loqui Dominus. dicit, ut requieſcant à laboribus, quæ eſt negativa. & dicit, ut requieſcant propter labores, quæ eſt poſitiva. ſi primum tantùm ſenſum intenderet, parùm imprimis diceret (nam quid hoc eſt præmii ceſſare à laboribus?) deinde ſatis eſſet dicere *à laboribus*, quin adderet *ſuis*: quippe quis eſt, qui ab aliis ceſſet laboribus quàm propriis? adjungit *ſuis*, quia etiam ſecundum ſenſum intelligit, nempe ut ſignificet eos recipere beatitudinem laborum causâ, *à laboribus*, ſed ſuis, non iis tantùm, quos pro ipſis Chriſtus exantlavit, ut volunt nonnulli, qui cœlum ſibi pollicentur ob ſolam fidem, licet ab operibus ſejunctam. nonne ſtultum eſt petere quietem pro iis laboribus duntaxat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

taxat, quos alius ſuſtinuit? ſi vis tuam eſſe quietem, oportet perinde labores quoque fuiſſe tuos.

5. Cōſidera, quomodo ætatatis noſtrę hæretici ex hac ſententia quaſi triumphantes arguant, ridiculum eſſe admittere purgatorium, dum is, qui in gratia moritur, illico tendit ad quieté. *Amodo*, id eſt, ab eo momento, *amodo jam dicit Spiritus, ut requieſcant.* Stulta concluſio, ij, qui moriuntur in gratia, an eodem modo uſque ad momentum illud laborârunt? haud ſanè. unde ergo neceſſe eſt, ut ab illo momento eodem modo incipiant quieſcere? ſciant ergo miſeri, qui ſint illi, quibus dicit Spiritus Domini, *ut requieſcant.* illis dicit, qui plurimùm laborârunt moriendo ſibi, ut toti DEO viverent. *Amodo jam dicit Spiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis*, non *à labore*, ſed *à laboribus.* ſi iſti parùm laborare voluiſſent pro obtinendo Paradiſo, uti illi faciunt, qui quaſi in ictu oculi eò evadere cogitant, certè non tam citò intrarent. Irent priùs per flammas, ad ſuam pigritiam luendam. ſed quia multum laborârunt, idcirco tam citò ad gaudia fuerunt evocati. O ſi omnes intelligerent, quid ſignificet vox illa: *à laboribus!* ſed multi vim ejus ignorant, quia nunquam experimentū ſumpſerunt. Deinde aliud eſt, quòd *Amodo dicat Spiritus*, beatis his mortuis, *ut requieſcant.* & aliud, quòd dicat, *ut requieſcant amodo. Dicit amodo, ut requieſcant*, quia quàm primùm expiraverint, ad illorum utilitaté pronuntiat æternæ quietis ſententiam.

at non dicit, *ut requieſcant* ...
ſententiam inter, & executio...
tentiæ plerumque tempus ...
licet majus, minuſve pro ...
ti, quod adhuc ſolvendum ...
potius retorqueri hic textum ...
teſt, qui audent illum contra...
pare. quia ſi inter ſententia...
cutionem nulla unquam ...
cederet; *diceret Spiritus, ...
rent amodo.* ſed quia aliquan...
mora, idcirco *Amodo dicit*, ...
*cant.* hoc eſt, *ut requieſcant*, ...
aderit hora. Verùm eſt, ...
his, qui multum laborârunt ...
citò adſit, & ideo ejus hìc ...
tur ratio, quia iſti beati ...
illi, de quibus nobis dicit Apo...
*ſalvi erunt, ſic tamen quaſi* ...
1. Cor. 4. v. 15. adeò brevis ...
tus, quem facient per ignem, ...
facient.

6. Conſidera, quia ...
tentia ſermo eſt, uſurpan...
dicendi, *ut requieſcant*, & ...
*Dicit, ut requieſcant*, non ...
*quieſcant*, quantumvis ...
deat factum. Non erit ergo ...
tentia, quæ detur pro arbitrio ...
circo additur: *opera enim ...
quuntur illos.* quia opera ...
tantum laborârunt pro DEO ...
Tribunali fidele reddent teſti...
meritorum ſecundùm illud: ...
*eum in portis opera ejus.* Prov. ...
Dicuntur ergo hæc opera ſequ...
quia Juſtorum opera non ſunt ...
peccatorum. illa ſunt corrup...
noxia, & ideo omnia cum ...

deſinunt : *omne opus corruptibile in fine deficiet.* Eccl.14.v.20. iſta verò ſunt opera ſolida, firma, perpetua, & ideo ſequuntur operantem. Quid habebunt peccatores in inferno de roſis, quibus ad hilaritatem coronabant ſe ipſos? nil præter ſpinas, hoc eſt, pœnitudinem. Dum Juſti è contrario de laboribus ſuis fructum colligent: *Bonorum laborũ glorioſus eſt fructus.* Sap. 3.v.15. & ita eo fruentur ſemper, conſolando ſe ipſos jucundâ memoriâ illorum, quæ pro DEO ſunt paſſi. Deinde dicitur: *Opera eorum ſequentur illos,* quia Juſti non ducent ſecum cuncta bona, quæ fecerunt in terra, ſed multi videbuntur paulatim ſequi, prout perficientur cum tempore. Vide exempli causâ tot inclytos Ordinum fundatores, ab obitu illorum jam multa fluxerunt ſecula, & dici tamen adhuc poteſt: *Opera illorum ſequuntur illos,* quia præteritorum laborum ſemper novos fructus colligunt: *cum ſemine eorum permanent bona.* Eccl.44. v.14. Denique dicitur: *opera illorum ſequuntur illos,* quia ſicut olim Victores in triumphis ſuis non habebant digniorem appendicem quàm ſuorum operum; Reges victos, Duces debellatos, Conſules ſub jugum miſſos, Urbium, quas ſubjecerunt, ſimulacra, ita beatis illis mortuis fiet. Ibunt etiam ipſi ad Capitolium Cœleſte magno haud dubiè cum comitatu Angelorũ, ſed in toto triumpho nihil erit, quod comparari poſſit cum ſequace ſuorum operum turba, hæc plurimum afferet gloriæ, ideo hæc ſola memoratur: *Opera illorum ſequuntur illos.* Eant ſanè peccatores ad tumulum cum funebri pompa tympanorum triſte ſonantium, tubarum lugubri clangore, pannis pretioſis in terram defluentibus, & faſtuoſè lambentibus pulverem. ubi ſunt opera, quæ illos comitentur? neceſſe erit eos cum ſumma ignominia nudos, ſqualidos, ſolos, ſiſti ante grande Tribunal Chriſti Judicis. ſoli Juſti eò vadent cum honeſtiſſimo comitatu; *opera enim illorum ſequuntur illos.*

## XV.

*Chriſto autem paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* 1. Petr.4.v.1.

1 CONſidera, ſi Chriſtus in carne ſua tantum eſt paſſus, id non eſſe factum ob indigentiam ſuæ carnis ſed tuæ. Ille in ſua fuit puriſſimus & perfectiſſimus. Puriſſimus, quia opus non fuit illam abſtrahere à malo. Perfectiſſimus, quia neceſſe non fuit incitare ad bonum: & ideo ob indigentiam ſuæ carnis nihil paſſus eſt unquam. Eſt autem paſſus ob indigentiã maximam tuæ, quæ adeò ſegnis eſt ad bonum, prompta ad malum. Videbatur ergo hoc loco meritò dicendum Apoſtolo: *Chriſto autem paſſo in carne,*

*ne, & vos eadem paſſione armamini.* quia ſi Chriſtus ad carnem tuam vincendã, quæ nihil illi nocere poterat, tot ſe armavit ſuppliciis, armavit virgis, armavit ſpinis, armavit clavis tã acutis, quãtò magis ad eam vincendam te armari oporteret, qui ab ipſa quotidie tãta accipis damna? Nihilominus Apoſtolus, qui probè debilitatem tuam ſciebat, non dixit: *eadem paſſione armamini*, ſed *eadem cogitatione.* Vult, ut, ſi te non armes paſſione Chriſti, ſaltem te armes cogitatione paſſionis: *eadem cogitatione Chriſti paſſi.* quis igitur erit excuſationi locus, ſi id facere detrectes?

2. Conſidera duplex eſſe hujus armaturæ genus, Defenſivum & Offenſivum. Defenſivum ad repellendos inſultus carnis tuæ rebellis, & offenſivum ad eandem inpugnandam, hoc eſt, ad eam ſervandam modeſtam, obedientem, promptã ad præſtandum, quod oportet, ſpiritui tributum. Primò igitur tibi ſerviet memoria Paſſionis Chriſti pro armatura ad repellendos viriliter tuæ carnis inſultus. quia omnes docent non eſſe efficacius contra tentationes ſenſuales remedium, quàm cogitare, quid pro nobis Chriſtus ſit paſſus: *Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.* Thr.3.v.61. quî fieri poteſt, ut contempleris in Cruce Chriſtum, ut eum videas tui causâ nudum, & ſanguine undantem, videas attritũ, excarnificatum, lacerum, & tamen cogites eodem tempore corpori tuo indulgere voluptates etiam illicitas? imò potiùs te ſenties accendi ſanctâ

quadam indignatione contra...
volésque malè tractare te ipſum...
tificare te ipſum, & à te pœnas...
promeritas, quod non eſt...
carne ſua defendere, ſed eam...
fendere. Nota proinde non...
hoc eſſe, ut obiter memineris...
Chriſti, neceſſe eſt attente...
unde non dicit Apoſtolus: *Chri...*
*tem paſſo in carne, & vos eadem...*
*datione armamini*, ſed *eadem...*
*ne.* Hoc eſt, quod juvat, ...
gitatio. Neque dicas arma...
cùm urget neceſſitas, deinde...
poni: quia ſi caro continuò bell...
vet, vel ad id movendum ...
eſt; quodnam erit tempus, quo...
nenda ſint arma contra ipſam...
na?

3. Conſidera, ut iſta cogita...
ſionis tibi reverà grande præſi...
lium, præ omnibus curandum...
citer apprehendas, quis ſit ill...
am pro te ſuſtinuit. unde ab...
cit Apoſtolus: *Chriſto autem...*
*carne*, non dicit *Paſſo verbera...*
*nera, paſſo crucem.* dicit ſolum...
quia hoc ſolum ſufficere tibi de...
Filius DEI vivus, & verus...
ſalute tua non feciſſet, quàm...
libâſſet hauſtum illum fellis, q...
Cruce guſtavit, ſufficere id debe...
tu viliſſimus terræ vermiculus...
continuò immerſus pelago amar...
nis pro ejus amore. quia, quod...
mè obſtupeſcas, non eſt, eum in...
re ſuo tenerrimo tanta paſſum...
quæ plurima tamen erant, qu...
perferenda neceſſe fuit procura...

res etiam prodigioſas, ſed eum pati non fuiſſe dedignatum. Itaque, quemadmodum Tobias, quamdiu beneficia perpendit à ductore ſui filii accepta, ea rependere cogitabat dando facultatũ ſuarum dimidium, ubi deinde cognovit eum, qui beneficia illa præſtitit, fuiſſe Angelum, imò Archangelum cœlo delapſum, ſubitò quaſi exanimis in terra proſtratus eſt, nec aſpicere eum ſuſtinuit, nec illi reſpondere, nec gratias agere, ſed planè credidit aliud ſe agere non poſſe, quàm ad ejus pedes expirare; ita te quoque ſine dubio plurimum commoveri oportet in eo contemplando, quod Chriſtus pro te paſſus eſt. at cùm cogitas eum, qui paſſus eſt, non fuiſſe hominem ordinariũ, non Angelum, non Archangelum, ſed ipſummet DEI Filium, de cœlo in terram delatum, ſtare te oportet attonitũ ſtupore, & conteſtari, ſi poſſis, te ad ejus pedes proſtratum promptum eſſe ad dandum pro ipſo, ſi illi placeat, ultimum ſpiritum. *Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te?* 2. Reg. 18. niſi Tigride ſis ferocior, minor eſſe non poteſt, qui in corde tuo ſurget, affectus ad recordationem ejus, qui paſſus eſt pro te: *Chriſto paſſo in carne.* & hanc proinde ſemper ſervare debes altâ mente repoſitam, ut vivas quaſi mortuus tibi eo modo, ut caro tua nec poſſit quidem tibi quidquam faceſſere moleſtiæ. *Memoriâ memor ero, & tabeſcet in me anima mea.* Thr. 3. v. 20.

* * *

## XVI.

*Exerce te ipſum ad pietatem. nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt: Pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* 1. Tim. 4. v. 7.

1. CONſidera Pietatem eſſe virtutem, quæ nos inclinat ad amandũ noſtrum Principium: & ideo introducta eſt ad ſignificandum amorem erga Progenitores, amorem erga Patriam. at quia ſummum noſtrum Principium DEUS eſt, prima Pietas eſt, quæ Deum ſpectat eâ propenſione ſpeciali, quæ illum decet, qui tam liberaliter nobis eſſe dedit. Ecce igitur id, quod quoad ſubſtantiam hoc loco intelligit Apoſtolus iſto vocabulo Pietatis. Intelligit cultum DEI, ſed non cultum quemcunque. nam iſte venit nomine Religionis: intelligit cultum magis devotum, magis affectuoſum, ardentem, qualem illæ perſonæ demonſtrare ſolent, quæ à nobis piæ appellantur. Huic pietati præmia maxima promittuntur non ſolùm in vita futura, de quo jam conſtat, ſed etiam in præſenti. quia ſicut ibi in Decalogo illi pietati minori, quæ homines ſpectat, à DEO promiſſum eſt præmium ſpeciale etiam in hac vita: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut ſis longævus ſuper* ter-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*terram.* Exod. 20. ita in Evangelio majori illi Pietati, quæ DEUM ſpectat, longè plus fuit promiſſum à Chriſto. *Quærite primùm Regnum DEI, & Juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Iſta eſt virtus, quæ habet à Patre benedictionem utriusque manûs, dextræ ſcilicet, & ſiniſtræ: *de rore cœli, & de pinguedine terræ.* adeò inter omnes illi eſt accepta. numquid ergo meritò tam efficaciter hortatur Apoſtolus ad exercendam talem virtutem charum ſibi Timotheum? Tu quomodo te ſentis inclinatum ad opera pietatis? an ea cum propenſione, an cum repugnantia facis? ſi cum repugnantia; ſignum eſt nondum à te poſſideri virtutem tam pulchram, quia indicium, ex quo cognoſcitur habitus, eſt propenſio ad ſuos actus.

2. Conſidera, ut te diſponas ad aquirendum hunc habitum, etiamnum de cœlo tibi dicere Apoſtolum: *Exerce te ipſum ad pietatem*, quia ſic demum habitus formatur, exercendo, actus ejus iteratos. Omnis ſcientia abſtracta non ſufficit ad reddendum te piũ, niſi ad ſummum longi temporis decurſu. Praxis eſt, quæ citò facit. Nota proinde hîc non dicere Apoſtolum: *Exerce te ipſum in pietate*, ſed *ad pietatem.* quia, ſi fortè deſit urgens occaſio te exercendi in operibus pietatis, oportet agere illorum more, qui, ſi deſit pugna, in qua vires ſuas poſſint experiri, eas in palæſtra aliqua exercent, ſolùm, ut dexteritatem ſervent. unde Græcum vocabulum, quod hîc uſurpat Apoſtolus, idem ſonat, ac ſi dicat: *Exerce te athleticè ad pietatem* [illegible] læſtra, quæ eſt campus, in quo [illegible] ſe reddunt habiles ad dimicandum [illegible] currendum, ad equitandum, [illegible] ctandum, non fiunt hæc [illegible] urgentem aliquam neceſſitatem [illegible] meri exercitii causâ. tanti [illegible] dus horum habere promptum [illegible] ita vult Apoſtolus fieri opera [illegible] fieri, inquam, ſi non ob aliud, [illegible] tamen causâ: *Exerce te ipſum [illegible] tatem.* nam quis explicet, [illegible] juverin caſu neceſſitatis non [illegible] laborare, ſed habere in promptu [illegible] opera? Accedit quòd apud [illegible] diversâ ratione ſpectetur Palæſtra [illegible] locus verus certaminis. in [illegible] agitur de lucro levium [illegible] de uno bravio, torque, [illegible] quæ ſerviũt pro mero incitamento [illegible] exercendi. cùm in altero [illegible] quando de recuperando Regno [illegible] gro. ſed apud DEUM non [illegible] bet. Tantum lucratur, qui [illegible] ſtra certat ad experimentum [illegible] quantum qui in acie dimicat [illegible] ſcripto. quis erit ergo, qui [illegible] ſe impendat operibus Pietatis [illegible] iſta, quocunque caſu exercea- [illegible] tum affert fructûs?

3. Conſidera, ut ad hæc [illegible] quod dico, alludat Apoſtolus [illegible] adjungere: *nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt, pietas* [illegible] *ad omnia.* Comparat hîc exercitium pietatis cum exercitio corporis, [illegible] in ſuis paleſtris inſtituunt Athletæ [illegible] quorum in Græcia magna erat [illegible] britas, ideo eorum uſus eſt voca- [illegible]

-rum, inquam, vocabulis, quia iſtud, quod audis, *Exercitationis corporalis* correſpondet illi, quod ipſe uſurpavit in Græco, & dicitur *Gymnaſtica lucta.* atque hoc poſito, ad demonſtrandum, quantò libentiùs debeat Chriſtianus ſe exercere ad pietatem, quàm Athletæ ſe exerceant ad fortitudinis ſuæ oſtentationem, dicit exercitia Athletarum, quantacunque ſint, parùm prodeſſe, *ad modicum*: cùm pietas proſit *ad omnia.* Exercitia Athletarum ultra peritiam, quam in certaminibus afferunt, ad ſummum duos pariunt fructus. Unus eſt ſanitas, quæ frequenti corporis motu firmatur ita, ut vitam proroget. alter eſt præmium conſuetum. Sed quid hoc rerum, ſi comparetur cum fructu, quem Pietas affert illi, qui eam viriliter exercet. *Corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt*, quia prorogare poteſt vitam temporalem, ſed non dare æternam: donare præmia terrena, ſed non dare Cœleſtia. *Pietas autem ad omnia utilis eſt.* quia non ſolùm vitam prorogat temporalem, ſed tribuit æternam; nec præmia tantùm dat terrena, ſed Cœleſtia. quod inſinuatur proximè ſequentibus: *Promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* Quòd Pietas vitam afferat æternam, & Cœleſtia præmia, quæ ſunt promiſſa ſpectantia ad vitam futuram, nemo dubitat. Dubitare poſſis utrum vitam afferat temporalem, & terrena præmia, quæ ſunt promiſſa præſentis vitæ, ſed iſtud etiam certiſſimum eſt. quia quod ad vitam attinet, ait ſapiens: *Timor Domini apponit dies.* Prov. 19. v. 27. & ratio confirmat: quia Juſti vivunt remoti ab innumeris inordinationibus, quæ longè magis diminuunt vitam, quàm incommoda tolerata pro DEO. Et quoad præmia terrena, univerſim certum eſt pietatem magis quàm vitium proſperari: niſi quòd Proſperitas nõ ita in Pietate obſervatur tanquam res conveniens: in vitio obſervatur ſtatim & execratur, tanquam res monſtroſa. Sed hoc ipſum demonſtrat eam eſſe rariorem, quia monſtro ſimilis habetur. cæterum contingit aliquando DEUM juſto minuere temporalem vitam, & eidem negare proſperitatem terrenam: ſed non ideo promiſſis ſuis deeſt; quia ſi negat minus beneficium, illud ſemper alio majore compenſat. ſi vitam abrumpit temporalem, tranſmittit juſtum citiùs ad fruendum æternâ longê pulchriore. & ſi negat proſperitatem terrenam, ſolatijs ſpiritualibus compenſat, quæ interim infundit animæ, lætitiâ cordis, gaudio conſcientiæ, quæ ſunt centuplum omnibus præſtantiùs, quæ DEUS fidelibus in terra largitur. O quàm verè proin dicitur: *Corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt, Pietas autem ad omnia!* & tamen, quis credat? & tamen in palæſtra Mundi tot exercent ſe ipſos immenſis laboribus, nec volunt exerceri in palæſtra DEI. hæc eſt communis hominum dementia. quid ſi autem eadem eſſet tua? tantum laboras pro ſervitio mundi, hoc eſt, *ut*

*corruptibilem coronam accipias.* quare non plùs agis pro amore DEI promittentis incorruptam?

4. Conſidera multos per Exercitationem corporalem voluiſſe intelligere hoc loco Pœnitentiam, quam nos corporis appellamus. & ideo parùm abſuit, quin abuterentur hoc loco ad ejus æſtimationem minuendam. At ſi Divo Chryſoſtomo credimus tam fido interpreti Apoſtoli, *omnino errat*, qui eâ utitur expoſitione. & ita alij quoque eximij demonſtrârunt commentatores. 1. quia Pœnitentia corporalis facta propter DEUM veriſſimum eſt opus Pietatis, Sanctis omnibus commune, & conſequenter illi opponi nequit tanquam exercitium ab ea diverſum *corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt, pietas autem ad omnia.* 2. Pœnitentia non eſt exercitium corporis, *exercitatio corporalis*, ſed Spiritûs: *exercitatio ſpiritualis*: & hinc clarè patet Spiritum eſſe, qui tali exercitio vigorem accipit, cùm eum corpus potiùs amittat. 3. Quia verum non eſt Pœnitentiam non eſſe utilem niſi *ad modicum.* Utilis eſt ſi non ad aliud, ſaltem ad domandam rebellionem carnis, & per conſequens verum eſt, quòd equidem non contineat omnia ſanctitatis bona, cùm ſit præambula, utilis tamen ſit ad illam obtinendam: *Ad omnia utilis eſt.* 4. Quia ipſa quoque ſuas habet promiſſiones, quæ tam ad vitam præſentem, quàm futuram pertinent, uti cetera opera pietatis. 5. Denique, quia nuſquam invenitur Apoſtolus diſſuaſiſſe

Pœnitentiam corporalem:
perſuaſit adeò, ut ſummè
ret exemplum: *Caſtigo*
& ſi eidem Timotheo præcep
ti capite hujus epiſtolæ, ut
nihil relaxaret uſurpando
locutus eſt, ut parum
poſſit corporis amatoribus;
quoad quantitatem limitav
xit: *Modico*; & quoad
dixit: *propter frequentes*
*tuas.* ut adeò ſatis collig
firmitates ceſsâſſent, facile
miſſurum, ut omitteret.
tuit ergo Apoſtolus per
nem corporalem intellexiſſe
tiam, niſi fortè illam,
nonnulli ſine omni ſenſu
quo caſu non eſt niſi merum
teriale, & ideo mirum non
exigui ſit pretij. Habes
ad profectum tuum notes
operibus pœnitentiæ, quæ
tinuò jungendos actus
punctionis, charitatis,
illi proprios, ut etiam ſint
tatis. Secus ſi facias,
quamcunque malè corpus
beas, verberibus, ſpinis,
te non facturum, quàm quod
ſtrâ Athletæ ſolent, materiali
cendo te ipſum. tunc enim
poſſit vera interpretatio
per exercitationem corpora
ligentes pœnitentiam ajunt:
*tatio corporalis ad modicum*
quia eo caſu non tam opus
faceres quàm gladiatoris.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# XVII.

*Cor durum malè habebit in noviſſimo.* Eccl. 3. v. 27.

COnſidera à te percipi non poſſe, quodnam ſit iſtud cor durum, de quo ſermo eſt, niſi priùs intelligas, quod propriè durum dicatur. Res materiales poſſunt in triplici differentiâ ſpectari. quædam ſunt duræ, aliæ teneræ, aliæ fluidæ. fluidæ ſunt, quæ non habent formam in ſe proprium, quâ determinentur, ſed aptantes cujuſvis formæ, uti ſolet Aqua, quæ ſtatim accipit figuram vaſis, in quo illam repens, & quaquaverſum ſe trahi ſinit, attolli, deprimi, prout placet. Teneræ habent formam propriam, ſed ita habent, ut eam facilè relinquant, & induant alienam, prout videre eſt in eadem aquâ denſatâ in nivem, quæ ſi habeat formam propriam, ita habet, ut facili manu eam poſſis fingere in globum, pyramidem, ſtatuam, ut lubet. Duræ non ſolùm habent formam, ſed ita habent, ut eam mordicus teneant, unde franges potiùs quàm fingas, quod ſufficit, ut non recipiant formam alienam, uti denique facit eadem aqua in Alpinam glaciem durata. Jam verò totidem ſunt differentiæ cordis humani ante oculos DEI, etſi non ita appareant oculis noſtris. In quibuſdam eſt fluidum inſtar aquæ in ſtatu ſuo naturali, & tale ijs ineſt, qui nequidem habent propriam, ſi ita loqui licet, voluntatem, ſed totos ſe conformant Divinæ, à qua pro arbitrio ſe regi ſinunt. quò nos invitavit, qui dixit: *Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini.* Thr. 2. v. 19. In alijs ſi non fluidum, ſaltem tenerum eſt, ut aqua, quæ tranſivit in nivem, & tale ijs ineſt, qui non tam facilè ſe conformant in omnibus uti primi voluntati Divinæ, ſed neque omnino illi opponere ſe volunt, quia malent illi parere, quàm graviter diſplicere. In alijs denique non modò tenerum non eſt, ſed etiam durum inſtar aquæ, quæ ex nive tranſivit in glaciem. & tale ijs ineſt, qui difficillimè ſe ſubmittunt voluntati DEI, nec verentur, ut pro libidine ſuâ vivant, illum etiam offendere graviſſimè. His poſitis haud ægrè intelligis, quale ſit cor illud, de quo Sapiens loquitur, cùm ait: *Cor durum malè habebit in noviſſimo.* Cor durum, ſi ſenſu proprio loquamur, cor eſt inobediens. *Cor ſuum poſuerunt ut adamantem, ne audirent legem.* Zach. 7. v. 12. Miſerum te, ſi malâ ſorte cor ejusmodi tibi obtigit. utinam proprium lacerare pectus poſſis, ut illud eximas. Roga Dominum, ut ſi non habeas cor fluidum inſtar aquæ, ſaltem habeas tenerum, habeas carneum, quod eſt naturale hominis, ſed non lapideum. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ.* Ezech. 11. v. 19.

2. Conſidera, quæ ſit cauſa, cur de corde hoc duro dicatur: *malè habebit in noviſſimo*, quæ eſt hora ſuæ mortis. Cauſa eſt, quia cor iſtud neſciet acceptare mortem debitâ cum reſignatione. non aſſuevit ſe ſubmittere voluntati Divinæ, dum viveret, & ideo nec in morte ſciet, quî faciat. quippe ſi id facere adeò difficile viſum eſt in rebus longè minoris moliminis, quanto graviùs videbitur in ea, quæ eſt maximè ardua, aſperáque, uti mors eſt? Verum eſt, clarè cernet, omnino eſſe neceſſe ſe ſubmittere, velit, nolit. Sed hoc ipſum illud reddet inquietum, anxium, afflictum, dejectum. & ideo quomodo in ſtatu adeò turbato ſe diſponet ad cogitandum, ut deceret, de anima ſua, eos eliciendo actus, quorum tunc eſt tanta neceſſitas? Atque hæc una eſt ratio, ob quam *cor durum malè habebit in noviſſimo.* Sed iſta ſe tenet ex parte hominis. Alia ſupereſt ex parte DEI. atque hæc eſt, quòd ad pervincendum cor iſtud non ſufficiat adhibere DEUM auxilia tantùm ordinaria, quia eſt *cor durum*: opus foret applicare manum per illud genus gratiæ, quæ eſt *quaſi malleus conterens petram.* Jer. 23. v. 25. hoc eſt, ad auxilia, quæ plùs habent ponderis, & extraordinaria vocantur. Iſta verò quomodo DEUS depromet in utilitatem hominis, qui continuò ſe adeò rebellem demonſtravit? *Cum perverſo*, ajebat David DEO, *perverteris.* hoc ipſum ſcilicet dicturus, quod hîc audiſti: *Cum duro duriter ages.* Bellarm. in Pſ. 27. v. 29. & ideo cor iſtud *malè habebit in noviſſimo.* quia ...
non habebit, quæ illud ...
me igitur verba iſta in quo...
cet ſenſu, Intranſitivo, ut ...
ut ſignificent: *malè ſe habe...*
*viſſimo*, & jam vides malè ſe ...
rum, quia malè erit diſpoſi...
eſt ratio, ut dicebam, tenens ...
te hominis. vel in ſenſu tranſi...
ſignificent: *malè habebunt* ...
*beret in noviſſimo habere.* & ...
vides malè habiturum, qui ...
gratia, quâ deberet abundare ...
ratio, quam diximus ſe tenere ...
DEI. Itaque hoc illi accidet ...
cuidam infelici peccatori, qui ...
morti, cùm pro more juva...
cerdote ijs ſuppeditatis argum...
magis excitarent ad eliciendo...
doloris, fiduciæ, amoris erga D...
tantiſper immotus hæſit in ...
tu, & tum prorumpendo in ...
metaphorâ ſe dignâ dixit: ...
panis, & culter non ſecat ...
tam finijt. Dum ſic loquel...
ſus eſt ſtultus partiri culpam ...
duo, cor ſcilicet & gratiam, ...
nis cordi eſſet tribuenda. Si ...
culter uſualis non ſufficit, ...
dum? an ſecures proferend...
eſt neceſſe mutari cultros, ...
optimè ſcimus, poſſe DEUM, ...
ea uſurpare auxilia, quibus ...
ſiſtit cor obſtinatum. ſed ...
ignoramus, etſi poſſit, eum ...
Vide ergo quantum interſit ...
rari. quâ autem ratione co...
qua indureſcere? ſenſim co...
aqua fit nix, è nive glacies, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

domita cryſtallus. *Gelavit Cryſtallus ab aquâ*, qualis olim erat, *& ſicut lorica induet ſe aquis.* Eccl. 43. v. 22.

3. Conſidera, quâ ratione deponenda ſit à corde tam maligna durities, ſi forté, quod abſit, in ea verſeris. uſurpanda efficacia remedia. Præcipuum dicatur à Sponſa. *Anima mea*, dicebat illa, *liquefacta eſt, ut dilectus locutus eſt.* Cant. 5. v. 6. Quid putas eam verbis iſtis voluiſſe inferre? an quod ſit ſoluta in lacrymas, in deliquia, in ſuavitates, quibus tantopere inhiant perſonæ ſpirituales? Senſus iſte non admodum quadraret magnæ ejus perfectioni. Oſtendere voluit, ſe eſſe paratiſſimam admittere ductum ſui Dilecti, quin propriæ formæ quidquam retineat, prout in rebus illis accidere diximus, quæ non tantùm ſunt teneræ inſtar nivis, ſed fluidæ inſtar aquæ. quo autem medio conſecuta eſt diſpoſitionem tam inſignem? Audiendo loquentem Dominum. *Anima mea liquefacta eſt, ut Dilectus locutus eſt.* Ecce igitur, quid ad propoſitum noſtrum facere te oporteat. audire DEI Verbum. Hoc duplex eſt. unum inanime, alterum vivum. Inanime auditur in libris ſpiritualibus, vivum in Oratione. His duobus te impende, lectioni ſcilicet librorum ſpiritualium, & meditationi: & videbis cor illud, quod fortè in pectore tuo durius nunc eſt alpinâ glacie, paulatim colliqueſcere, donec facilè inſtar aquæ fluat. Verùm ſi nunquam audias loquentem Dominum adeò amabilem, actum eſt, quia nunquam ejus amabilitatem cognoſces, & conſequenter amabis nunquam. & ſi non ames, quomodo ea facilitate ſequeris illum, ut fluida faciunt? Parùm non erit, ſi ſaltem duci te ſinas ut tenera. ſed hoc quoque fiet, fiet, inquam, ut ſemper durior exiſtas, genium tuum ejus legi præferendo. *Cor ejus indurabitur tanquam lapis.* Job. 41. v. 14. & ſic demum in morte malo loco te invenies. *Cor durum malè habebit in noviſſimo.*

4. Conſidera cor durum non ſolùm malè habiturum in morte: *malè habebit.* ſed etiam malè habere in vita. *malè habet.* Sapiens tamen hoc loco dicere noluit: *malè habet* in vita, ſed ſolùm *malè habebit* in morte: *in noviſſimo.* Sciebat enim quantumvis cor ejuſmodi peſſimè etiam in vita habeat, malum ſuum non agnoſcere, ideóque nec curare. Imò nemo eſt, qui feliciorem ſe reputet in terra, quàm qui vivens pro arbitrio non curat legem. *Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus?* Exod. 5. v. 2. non ita in morte. In morte cor iſtud, quod malum ſuum non agnoſcebat in vita, adeò durum erat etiam contra urgentiores conſcientiæ ſtimulos, id magis ceteris agnoſcet, quia magis videbit interitum ſuum irreparabilem. atque ideo equidem emollietur ſatis ad perturbationem, non emollietur ſatis ad dolorem, ad confidentiam, ad ſalutem. *conſiderans eum*, dicet tunc infelix loquens de DEO, *conſiderans eum timore ſolicitor. DEUS mollivit cor meum, & omnipotens conturbavit me.* ceu di-

ceret: ille Dominus, qui ut DEUS mihi manifeſtat, quanto dignus eſſet amore, *mollivit cor meum*: eodem tempore tanquam omnipotens, qui mihi manifeſtat, quantum punire me poſſit; *conturbavit me.* non movit, non compunxit, ſed ſolùm conturba-

vit. Job. 23. v. 15. & ita de
clude; *cor durum male*
*noviſſimo* potiùs quàm in
ſi malè habet in vita, hoc
ſcit. in morte non habebit
lè, ſed & cognoſcet, nec
dum inveniet id reparandi.

## XVIII.

### *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* Luc. 6.

1. CONſidera, cùm dicitur; *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt*, particulam *ſicut* non præcipere æqualitatem, ſed ſimilitudinem: quis enim eſt, qui æquare unquam poſſit miſericordiam DEI, quæ virtus præ ceteris adeò illum æſtimabilē facit? Non parùm erit ſimilitudinē conſectari. & hoc eſt, ad quod præſenti ſermone te Chriſtus invitavit. Ita eſt; non ait: *Miſeremini, ſicut & Pater veſter miſeretur.* ſed *eſtote miſericordes &c.* ut non ſolùm ad actum, ſed ad habitum aſpires, qui omnem perfectionem continet. Cura quamvis harum perfectionum pro viribus intelligere, ut ſaltem parte aliquâ imiteris, uti facit, qui opera præſtantiſſimi alicujus in mundo artificis ad profectum ſuum delineare ſatagit.

2. Conſidera Miſericordiam eſſe voluntatem ſuccurrendi alienis miſerijs, eáſque ſublevandi. Voluntas iſta ex duplici capite proficiſci poteſt. ex charitate, & commiſeratione. cùm à charitate naſcitur, multò perfectior eſt, quàm cùm naſcitur à commiſera-

tione, quippe charitas virtus
miſeratio non eſt virtus, ſed
teneritudinis naturalis, qui
dum inclinat aliquando etiam
de alieno malo. In DEO Mi
dia è charitate manat, qua p
puro amore, qui ipſum mov
ſtras ſublevandas miſerias,
è commiſeratione, quæ illi
tem imponat. *Miſerebor,*
*ro.* Exod. 33. v. 19. non eſt
ejuſmodi affectuum: cùm
debilitatem denotent, ut q
ſunt ad ſupplendum defectum
qui habet veram charitatem,
non eſt commiſeratione,
rendum aliorum miſerijs.
ſolùm neceſſe eſt, ita ad
ad conſpectum movetur.
eſt, quod in te requiritur, cum
*Eſtote miſericordes, ſicut & Pater*
*miſericors eſt.* Requiritur,
currendum miſeris non ſimplici
miſerantis affectu, ſed chari
vearis, quò majus ſit meritum
ctionis.

3. Conſidera ſicut commiſeratio, ſicut diximus, cùm præcedit voluntatem ſuccurrendi, non eſt virtus, ſed affectus naturalis, qui ad virtutem ſtimulat; ita cùm ſequitur, virtus eſt eximia, quia ſponte ſuſcepta, ad ſuccurrendum majore plenitudine charitatis. Dixi majore plenitudine, ut advertas hominem in hoc actu non ſolùm velle benignè ſublevare alienas miſerias, ſed de ijsdem dolere, hoc eſt, ſentire in ſe ipſo ut proprias. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* 1. Cor. 11. Iſte grandis eſt exceſſus, quo uſus eſt DEUS, dum non contentus charitate ſuâ purâ adeò immensâ, adeò inauditâ, induere etiam voluit viſcera miſericordiæ aſſumendo naturam humanam, quod erat plùs facere, quàm neceſſe erat, ut plenè nobis ſuccurreret. atque hoc pariter eſt, ad quod te hortatur, cùm dicit: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* ut ad ſubveniendum alijs charitas impellit, porrò cures etiam charitati conjungere hunc affectum miſerantis ſentiendo in te ipſo alienas miſerias tanquam proprias. *Induite vos ergo ſicut electi DEI viſcera miſericordiæ.* Col. 3. v. 12. Ecce quanti DEUS facit hunc actum. Scribi de ſe paſſus eſt, quaſi priùs, ut ſic dicam, non fuiſſe miſericors: *Debuit per omnia fratribus ſimilari, ut Miſericors fieret.* Heb. 2. v. 17.

4. Conſidera, quomodo magna iſta commiſeratio, quamvis jam per virtutem electa à nobis, ſine dubio inclinet ad ſubveniendum cuicunque, qui malè habet, ſed longè ampliùs, qui contra voluntatem ſuam malè habet. nam his, qui ultro ſe conijciunt in malum, dicere potiùs ſolemus, veſtrâ culpâ hæc acciderunt. *Quis miſerebitur omnibus, qui appropiant beſtijs?* Eccl. 12. v. 13. Non ſic DEUS. horum quoque miſeretur, qui ſibi accerſunt malum, & ideo miſeretur etiam peccatorum. imò his potiùs juvandis quàm alijs intentus eſt. quia inter miſeros iſti planè ſunt miſerrimi, qui malū ſuū amant, etſi nos miſeriores putemus, qui contra voluntatem incurrunt malum. atque hoc quoque eſt, quod à te petitur, cùm dicitur: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* ut commiſeratione etiam illorum movearis, qui digni potiùs reprehenſione forent.

5. Conſidera commiſerationem iſtam magis quoque inclinare ad dolendum de malo amicorum, quàm inimicorum. imò de malo inimicorum non ſolùm nullo modo dolemus, ſed etiam delectamur. DEUS etiam inimicorum miſeretur. nec miſeretur tantùm ſuper terram, ubi ipſe quodammodo ab indignatione rerum omnium creatarum defendit tot hoſtes ſuos, qui ipſum actu offendunt, ijs providet, eos paſcit, ſed vel in ipſo miſeretur inferno, ubi licet amet illorum pœnas tanquam juſtiſſimus, nihilominus, ut miſericors merito minores infligit, quamvis infligat adeò acerbas. atque hoc eſt, quod pariter à te exigitur, cùm dicitur: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors*

*eſt.* ut ſcias miſerari mala non amicorum duntaxat, ſed & inimicorum, promptus ad ſuccurrendum non iſtorum tantùm, ſed illorum quoque neceſſitatibus, hoc enim exemplum dat tibi DEUS, *qui pluit ſuper juſtos & injuſtos.*

6. Conſidera, quomodo hæc ipſa commiſeratio inter amicos magis inclinet ad dolendum de malis illorum, qui nos propiùs attingunt ſive parentelâ, ſive patriâ, ſive alio quovis modo, quàm eorum, qui ſunt prorſus extranei. *Tollam ergo panes meos, & dabo viris, qui neſcio unde ſint?* Non ita in DEO contingit. ille reſpectu ſui nec proximum habet, cùm omnes ab eo diſtent eodem modo, hoc eſt, infinitè. & tamen ſupra omnes effundit propriam miſericordiam, etiam in tanta vaſtitate diſtantiæ. *Congregabo eos ab extremis terræ, inter quos erunt cæcus & claudus &c. & in miſericordiâ reducam eos.* Jer. 31. v. 8. Et hoc quoque eſt, quod tibi præcipitur, cùm dicitur: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* ne reſtringas miſericordiam tuam ad eos ſolos, qui te contingunt, uti lacus ſuis limitibus concluſus, ſed in omnes cum proportione diffundas etiam remotos inſtar fluminum, quæ non patiuntur ſe arctari ad eam tantùm regionem irrigandam, in qua primò ſcaturiunt.

7. Conſidera eum, qui in magna felicitate degit, dives, potens, fortunatus, robuſtus, plerumque parùm eſſe ad miſerationem propenſum, nam in eo ſtatu non apprehendit hæc mala, quæ

facilè accidere ipſi poſſunt.
non poteſt metuere quidquam
ſummè eſt felix, imò omnis
licitatis, & tamen magis miſeri
quàm qui ſunt ſubjecti omni
unde multâ cum emphaſi dicit
ſtus: *Eſtote miſericordes, ſicut*
*veſter miſericors eſt.* non *ſicut*
ſed *ſicut & Pater*, quod pro
additur, in tanta felicitate tam
miſeratio. & iſtud pariter
tibi, ut non ſolùm doleas de m
terius, quæ ipſe in te experiri
quoque, quæ non ſentis. *Cum*
*rem quaſi Rex, circumſtante*
*eram tamen mœrentium conſolat*
29.

8. Conſidera, quomodo ex
virtutibus Divinis, quarum tam
numerus, nulla tibi in Evangelio
latim imitanda proponatur, niſi
ricordia, quia nulla facit ſimi
DEO. Miſericordia in DEO
eſt virtus non quoad ſubſtantiam
enim in eo omnes virtutes pares
& ſummæ) ſed in ſuis effectibus
enim virtus efficere in DEO po
quod Miſericordia potuit. nam
plex charitas, ſi bonitas, ſi benig
ſi liberalitas obtinuerunt, ut con
humanum genus, & ad ſtatum
Gratiæ extolleret, Miſericordia
ut illud proprio ſanguine recuper
*ſecundùm Miſericordiam ſuam ſ*
*nos fecit.* Tit. 3. & ideo Miſeric
hominem ſimilem facit DEO
quàm ceteræ virtutes, quia facit
lem ex ea parte, quæ in DEO m
reſplendet. quænam è margar

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adamanti ſimilior: illa certè, quæ quoad lucem proximè accedit. Ita eorum, qui DEUM imitari ſatagunt, nemo illi erit ſimilior, quàm qui in uſu Miſericordiæ eum maximè ſectantur. Verum eſt Miſericordiam non eſſe abſolutè in homine maximam virtutem, uti eſt in DEO, quia DEUS non habet ſuperiorem ſe, unde reſtat illi tantùm benefacere ſubjectis: *effundere fluenta ſuper aridam.* Iſ.44.v.3. at homo ſupra ſe habet DEUM, & infra ſe calamitoſos; ideo primum eſt in homine conjungere ſe Deo per charitatem, deinde per Miſericordiam calamitoſis. *Induite vos ſicut electi DEI viſcera Miſericordiæ &c. ſuper omnia autem hæc charitatem habete.* Dubitari ergo non poteſt etiam in homine miſericordiam eſſe maximam virtutum, quæ eum cum proximo conjungunt. Eſt maxima quoad ſubſtantiam, quia ſpecies eſt charitatis ab omni quæſtu ſuo vel commodo remota, ut quæ in miſeros exercetur. & eſt maxima in ſuis effectibus, quia nulla alia virtus campum aperit exercendi actus tam nobiles, uti facit Miſericordia, quia Miſericordia ad omnes ſe extendit etiam indignos, etiam ingratos, & ideò non parcè exerceri poteſt. quæ cùm ita ſint, mirum eſſe non debet, eam præ omnibus à Domino inculcari, dum ait: *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* & tu non ſentis ad ejus amorem etiam te accendi? ſi ita eſt, degener es filius tanti Patris, non diſſimilis tantùm. & tamen hìc Chriſtus ajebat: *Sicut & Pater veſter miſericors eſt*, non dixit *meus*, ut perinde dicere poterat, ſed dixit *veſter*, ut refricaret memoriã obligationis, quæ te ſtringit, ejus ſimilitudinem conſectandi.

9. Conſidera denique, ut Chriſtus voluerit hoc loco DEUM Patris nomine compellare, quia qui verus eſt Pater, perfectam in ſe continet Ideam illius Miſericordiæ, cujus prærogativas hoc loco perſtrinximus. Qui verus eſt Pater, neceſſe non habet inſtitui à natura viſceribus admodum teneris, quibus propriorum miſereatur filiorum; ſolus amor paternus abunde ſufficit. & tamen iſto non contentus, quoties vult, induere poteſt viſcera miſericordiæ, optimè affecta. poteſt miſereri, etiam cùm ſibi ipſis creârunt malum ſuis exceſſibus, poteſt excuſare, ſupportare, imò amare etiam non amatus, atque oblitus ſui quærere in locis remotiſſimis à ſe profugos. non eſt ipſi opus experiri mala illorum, vel ea timere, ut miſereatur majore ſenſu, imò vel propriâ ſe felicitate ſpoliaret aliquando, ut eam ipſis indulgeret, haud aliam ob cauſam, niſi quia eſt pater. Ecce igitur quare voluerit Chriſtus memorare nomen Patris, cùm DEUM miſericordem dixit, ut uno hoc nomine quaſi ſynopſi concluderet omnes eas dotes, quæ ſunt propriæ perfectæ Miſericordiæ. *Quomodo miſeretur Pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe.* Pſ.102.v.13. Tu, ſi fortè contigit aliis præeſſe, memineris hunc eſſe brevem modum perfectè miſericordiam exercendi in ſubditos, in omnibus ut Patrem te gere.

# XIX.

*Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine : quia non juſtif[…] in conſpectu tuo omnis vivens.* Pſ. 142. v. 2.

1. COnſidera, quantopere etiam ſummi quique ſanctorum eodẽ modo timuerint Divinum Judicium. vel ad ſolam ejus cogitationem ſe fatebantur convictos, fatebantur confuſos, nec audebant agere aliud quàm uti precibus. *Etiamſi habuero quidpiam juſtum, non reſpondebo, ſed meum Judicem deprecabor.* Job. 9. v. 15. Mirum non eſt, ſi idcirco David ipſe dicat DEO: *Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine.* vide, num verè timeat. Non precatur ſolùm, ne judicetur à Domino, ſed nec agatur quidẽ de ſe judicando. *Non intres in judicium.* ſi tu non times judicium adeò tremendum, quis dubitet tantò majorem eſſe neceſſitatem timendi, quia clariſſimè jam apparet tuum agendi modum eſſe planè diverſum à more Sanctorum. *Si innocentem oſtendero, pravum me comprobabo.* Job. 9. v. 20.

2. Conſidera, quomodo imprimis hoc judicium ſit tremendum ex parte hominis judicandi. nam quis eſt, qui cum ſecuritate dicere DEO poſſit: Domine ego ſum mundus? *Quis poteſt dicere: mundum eſt cor meum?* Prov. 20. v. 9. Poteſt equidem aliquando illi dicere: *Nihil mihi conſcius ſum.* at ſemper adjungere neceſſe eſt: *ſed non in hoc juſtificatus ſum.* 1. Cor. 4. Unde hîc dicit Pſalmiſta: *Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine,* [...]
*juſtificabitur in conſpectu tuo* [...]
*vens.* & ſanè cum ratione [...]
*ſi non juſtificabitur omnis viven[s]* [...]
tò minùs ego, vult dicere, [...]
deò miſerabilis? Jam [...]
propoſitum, qui dicit *omnis,* [...]
excipit, & conſequenter [...]
cludit. Vide proinde, qu[...]
plici ex cauſa tibi quoque [...]
Divinum Judicium, quin [...]
liceat ad juſtificandum [...]
quia natus es iræ filius, & [...]
viliſſimi. unde coram DEO [...]
deas levare frontem aliquan[...]
*tuus Amorrhæus,* hoc eſt [...]
*tua,* quæ fuit Eva, *Cethea,* [...]
*ſipiens: in die ortus tui* [...]
*umbelicus tuus:* qui eſt fomes [...]
te inclinans, ut abhorreas [...]
mes malum. Ezech. 16. v. [...]
quantumvis deinde per Bapt[...]
elatus ad altiſſimam dign[...]
Gratiæ *habitualis,* eam con[...]
tiam graviter peccando, [...]
modo magis reus, quàm eſſ[...]
priſmum. III. quia cert[...]
amiſiſſe hanc ipſam gratiam [...]
*lem* non unius culpæ cauſâ [...]
marum, non perinde certus [...]
per debitam pœnitentiam [...]
ſe. IV. quia ſæpenumero [...]
es diſpoſitione requiſitâ [...]

gratiam *actualem*, quam DEUS aliàs daturus erat maximam, ſed potiùs magna objeciſti impedimenta. V. quia ſæpiſſimè non obſtantibus impedimentis, quæ ipſe poſuiſti, DEUS talem gratiam etiam ſuperabundantem benignè indulſit, cui tamen minimè reſpondiſti, negligendo lumina, inſpirationes, inſtinctus, quos ille fruſtra impendit. VI. quia etiam, cùm reſpondiſti, id factum tam ſegniter & remiſſè, ut ſortis plurimum ſine fructu periret. *Decem jugera vinearum facient lagunculam unam.* Iſ. 5. VII. quia non ſolùm negligens es in bono, ſed quotidie multum etiam comittis mali, ſaltem venialis per varias culpas gulæ, impatientiæ, invidiæ, maledicentiæ, quæ ſunt tibi familiares. VIII. quia, ſi etiam quotidie plus boni præſtes quàm mali, parum hoc eſt & propè nihil reſpectu beneficiorum, quæ quotidie à DEO recipis. IX. quia quantumvis parùm ſit, quod facis, boni, tibi plurimum videtur: unde vanè extollens ſaltem in comparatione aliorum, qui fortè coram DEO te ſunt meliores. X. quia in exiguo bono, quod facis, non ſolùm vanam nutris æſtimationem tui, ſed ſæpe quæris ſaltem furtivè gloriam humanam. XI. quia ſaltem quæris in hoc bono te potius quàm DEUM, quem amare neſcis, ut ipſe te amat, ſine quæſtu, ſed illi potius fidele præſtas ſervitium propter ſpem præmii, vel timorem pœnæ. XII. denique quia, quantumvis illi de præſenti ſervires inſtar ſancti, ſecurus non es te conſtanter ad finem usque duraturum. *Ecce inter ſanctos ejus nemo immutabilis.* Job. 15. I nunc, & dic te non habere cauſam timendi Judiciũ Divinum. Veritates iſtæ duodecim ſint tibi quaſi totidem portæ, quæ ſemper in te pateant timori tam caſto: ut is quacunque placet liberum habere poſſit ad cor tuum acceſſum.

3. Conſidera, quomodo ſecundò hoc Divinum Judicium ſit tremendum ex parte DEI judicantis: & id quidem è duplici capite. Primò, quia ipſe in aliis infinitè deteſtatur iniquitatem. Secundò quia ipſe in ſe poſſidet ſanctitatem infinitam. Deteſtatur imprimis infinitè in aliis iniquitatem, & hæc erit cauſa, cur illam ſubtiliſſimè indaget, & inventam puniat ſeveriſſimè. Specimen habere cupis tam ſubtilis indaginis? ſatis ſit audire, quòd illam inquirat vel in ipſis renibus, & in corde, ubi maximè eſt occulta. *ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda.* Apoc. 23. Quod ſi facit, quid nobis fiet miſeris, qui adeò propenſi ſumus ad malum? In renibus motus ſunt partis noſtræ *Concupiſcibilis*, in corde motus *Iraſcibilis*. motus iſti omnium minimè percipi à nobis poſſunt, quia ſæpe ſurgunt etiam vehementiſſimi absque noſtro conſenſu, & ideo in his ſemper difficilius eſt ſtatuere, an pertigerint ad rationem peccati, an non pertigerint. & hi tamen motus ſunt, quorũ ſoleñi inſtituendâ ſcrutatione gloriatur Deus, *ſcrutans* ſimul *renes & corda.* ſpecimẽ etiã habere cupis rigidæ punitionis? nec minimũ relinquit impunitũ, *Amẽ dico tibi, nõ exies inde,*

*inde, donec reddas noviſſimũ quadrantẽ.* Quemadmodum in alijs deteſtatur iniquitatem, ita in ſe ipſo ſummam poſſidet ſanctitatem. & hinc fiet, ut ad ejus conſpectum delata quæcunque noſtra ſanctitas, quantumvis ſplendida, repentè omnem perdat fulgorem. *Cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus.* Job. 15. v. 15. Unde ſi ipſe nos judicet juxta obligationem, quam habemus, ejus conſectandi ſimilitudinem in ſanctitate, quis erit ſecurus? hinc eſt, cur David hoc loco DEO diceret: *non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens:* quia etſi homo poſitus in conſpectu hominis ſibi ſimilis poſſet concipere parum aliquid ſecuritatis, comparatum DEO trepidare neceſſe eſt. *Verè ſcio, quòd ita ſit, & quòd non juſtificetur homo compoſitus DEO.* Job. 9. v. 1. Quæ cùm ita ſint; an non exiſtimas tibi quoque cauſam eſſe dicendi: *Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine: quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* ô quantò meliùs eſt procul eſſe à tali judicio, quàm illud ultro provocare!

4. Conſidera hanc Davidis petitionem facilè videri poſſe inutilem, quia quantumcunque preceris Deum, ne intret tecum in judicium, non modò vult intrare, ſed illud proſequi, ſed perficere, ſed ipſas fibras, ut antè diximus, perſcrutari. *Porrò triumphator in Iſraël non parcet.* 1. Reg. 15. Triumphator eſt, qui te perſequitur uſque ad finem belli. Sed errore deciperis. non modò hæc petitio inutilis non eſt, ut dicis, ſed optima, quæ pro

utilitate tua fieri poſſit. nam
dic mihi, quid dicis DEO,
ne intret tecum in judicium?
cipio audiſti. fateris te con
teris confuſum, & jam antè
te eſſe reum. hoc fac, & DE
ampliùs intrat tecum in judi
à te ipſo jam es judicatus.
*dijudicaremus, non utique judi*
1. Cor. 11. 31. Hæc eſt prærog
lius, qui ſe reum confitetur,
intimo corde, coram tali Ju
illico abſolvatur. Dixi, ex
corde. quia imprimis oport
æſtimare reum ſententiâ tuâ,
lùm id linguâ proferre. De
portet firmum habere emend
propoſitum: aliàs qualis e
confeſſio? confiteri feciſſe ma
ſimul habere propoſitum per
eo ipſo faciendo, quod confi
malum. Præterea precatio
dicis inutilem, ſummoperè
frequentes, ad conſervand
tatem. Et ecce, ſi non effug
cium Divinum, ſaltem effug
rem. *Veruntamen quia humiliat*
*averſa eſt ab eis ira Domini.*
12. v. 12. Superbis imminet Ju
Divinum magis formidabile,
ſunt, qui pro eo, quòd illud
etiam provocare audent. &
do provocant: tribus modis id
I. querendo ſe non eſſe audit
in oratione ſuâ. *Quare jejuna*
*& non aſpexiſti? humiliavimus*
*noſtras, & neſciſti?* Iſ. 58. v. 3.
rendo, ſe non eſſe remunera
ſervitiis, quæ illi præſtan

tempore, quo ceſſavimus libare Reginæ cæli, indigemus omnibus, Jer. 44. 18. III. querendo ſe non modò remuneratos non eſſe, ſed etiam afflictos aſſiduis flagellis in bono, quod faciunt, ubi contrà alii proſperantur in malo. *Quare via impiorum proſperatur?* Jer. 12. v. 1. Qui hoc modo procedunt, ſunt alii Juſti ſuperbi, qui oſtendunt adeò parum ſe formidare Divinum Judiciũ, ut illud etiam ultro provocent. Ah *miſeri! quid vultis mecum judicio contendere?* Videbitis, an ego nodum in ſcirpo quæram. *Omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus &c.* Jer. 2. v. 30. Tu ſolùm cave pro viribus, ne in horum numerum venias, ſemper vivam habe tuæ cognitionem miſeriæ: ſæpe eam apud Deum rememora, denuò confitere, denuò confirma, iterum iterúmque dic illi corde contrito: *Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.* & videbis, quantum oratio iſta ita frequentata, ut decet, tibi profutura ſit.

## XX.

***Eſto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*** Apoc. 2. v. 10.

1. CONſidera virtutem, quæ maximè æſtimatur in ſervis, eſſe fidelitatem: ut ideo diceret ſapiens: *ſi eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua.* Eccl. 33. v. 31. Tu ſervus es DEI, propriè & in omni rigore ſervus. atque ita mirum eſſe non debet; quòd ille tantis promiſſis ad hoc te incitet, ut ſis ipſi ſemper fidelis. *Eſto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* O quanta fidelitas eſt, quam ſervus debet! ut ſis amicus fidelis, ſufficit, quòd alterius amici commoda æſtimes ceu propria, atque ut talia promoveas, ſuſtinéasque, quia alius amicus, quamcunque amicus ſit, ſine dubio non eſt niſi alter tu. at verò ut ſis ſervus fidelis, hoc non ſufficit. Emolumenta Domini debes præhabere propriis, quia qui tuus Dominus eſt, te ipſo plus eſt, cùm ſit Dominus tui ipſius. Eſto nunc, te in præſentiarum eſſe amicum DEO, quia ille ad eam dignitatem te evexit, ſed non idcirco deſinis eſſe ſervus. Adeò hoc eſt de ſubſtantia & natura hominis, ut Chriſtus ipſe tanquam homo reſpectu DEI dictus ſit ſervus, etſi filius ejus eſſet etiam naturalis. *Servus meus; ſuſcepi eum: electus meus: complacuit ſibi in illo anima mea.* Iſ. 42. v. 1. Vide ergo, quis ſit gradus fidelitatis, quem à te requirit, qui dicit: *Eſto fidelis usque ad mortem &c.* ſummus, qui inveniri poſſit. vult, ut non ſolùm Divina propriis anteponas commodis, ſed longè præferas: quia ipſi non tantùm Amicus es, ſed ſervus. Cùm de hoc agitur, ut Domino placeas, cedat quidlibet, cedant ſanitas, opes, honores, ipſáque vita.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui fidelis eſt ſervus, aliud non curat. pluris facit Dominum quàm ſe ipſum. Taliſne videtur tua eſſe fidelitas? iſta requiritur ad obtinendam coronam.

2. Conſidera multos eſſe ſervos, qui tantiſper dictam fidelitatem ſuis Dominis præſtent, paucos eſſe, qui ad finem usque ſervent. & idcirco tibi Dominus dicit: *Eſto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Non dicitur fidelis ſervus, qui ſemel ſervat ſuo Domino fidem debitam, ſed qui poſt multa experimenta fuit promptus & conſtans in ea ſervanda. Tu ſolùm curas bene mori, non vivere: quare? quia non es ſervus fidelis. Id, quod te urget, eſt proprium commodum, ſalus animæ tuæ, & nil aliud. non ſic age. eſto ſervus fidelis DEO: atque ideo te diſpone ad ſervandam illi fidē non in morte duntaxat, ſed *usque ad mortem.* dic illi ex animo, ſi etiam moriendum eſſet malè, quod DEUS avertat, victurum te bene, quia id ſpectat ad ejus gloriam. Interea noſtine, quid propriè petat Dominus, cùm dicit: *Eſto fidelis usque ad mortem &c.* petit, ut, ſi tibi paupertatem immittat duraturam usque ad mortem, ſis ipſi in ea paupertate fidelis usque ad mortem. ſi captivitatem immittat, duraturam usque ad mortem: in ea captivitate ſis fidelis usq; ad mortē. ſi ignominiam immittat duraturam usque ad mortem; etiam in illa ignominia ſis fidelis usque ad mortem, & ſic de ceteris. Fidelitas maximè in adverſis probatur. *Abraham nonne in tentatione inventus eſt fidelis?* 1. Mach. 2. v. 52. ad

hunc lydium lapidem ſi con-
veram, coronatur. *Eſto fideli*
*ad mortem, & dabo tibi coronam*

3. Conſidera hanc vocem
*mortem* tibi incutere terrorem
quia credis te adhuc victimam
Adami. ô quantum falleris
mors jam appropinquat, qu
ras, dum tibi perſuades illu
annorum plurimorum con
reſtare, uſque dum ad te per
demus vitam tuam tam longa
flos juventutis, in qua fortè de
liceri tibi poſſit; vis ut qua
longa ſubitò videatur breviſſ
gita æternitatem. O quàm
mentum tunc eſſe videbuntur
ſexaginta, quos fortè poſſis ſ
dicam triginta. Ideo Dom
eximendum terrorem, quem
tibi poſſet vox illa *usque ad m*
lico ſubjungit, *& dabo tibi coro*
*tæ.* Ecce quid ſit illud, quod
licetur, tota æternitas: hoc
Corona vitæ, vitam ſcilicet,
per redit in gyrum, ad mod
næ. *Erit menſis ex menſe, &*
*tum ex Sabbato.* Iſa. 66. v. 23.
quam finietur. Et vita tam
qua mera ſunt gaudia, non ſ
tollendum omnem horrorem
quod pati oportet in hac terr
dum foret potiùs de brevita
ris, quod DEUS patiēdo præſ
gaudendi ſpatia erunt adeò p
O qualis illa corona corona vi

4. Conſidera vitam tibi p
tam, ſi fueris ſervus fidelis
mortem, dici coronam vitæ,
erit vita æterna, ut modò audi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia erit vita beata, imò beatiſſima, quia erit corona cujuſcunque vitæ beatæ, quæ animo poſſit concipi, non *unius vitæ*, ſed *omnis*. Id, quod complet perfectionem rei alicujus, eã coronare dicitur. *Corona ſenum multa peritia*. Eccl.25.v.8. quia negari non poteſt ſenes eſſe per ſe venerabiles ob ſolam ſuam canitiem. Id tamen quod complet venerationem ſingulis præſtandã, eſt peritia, quam illis peperit longa experientia, quam ſunt adepti, de rebus mundi. Hinc ergo Cœleſtis beatitudo toties vocatur *corona vitæ*, quia complet perfectionem omnis vitæ, & ſic eam coronat. Vita felix creditur agere dies ſine nube triſtitiæ, vel tædii, quæ illorum ſerenitatem offuſcet. Jam ergo corona talis vitæ erit beatitudo, quia illa reddet dies omnes non ſolùm ſerenos, ſed placidos. & ſic erit *corona vitæ placidæ*. Vita felix creditur hominum doctorum, qui mentẽ circumferunt tot mirificis conceptibus opulentam: Et hujus vitæ corona erit beatitudo, quia dabit ſcientiam, non è rivis, ſed fonte derivatam, & ſic erit *corona vitæ doctæ*. Vita felix creditur illa hominum divitum, qui abundant theſauris, unde accipiant, quidquid libet. & talis vitæ corona erit Beatitudo, quia dabit theſauros non divitis ærarii, ſed fodinæ inexhauſtæ: & ſic erit *corona vitæ divitis*. atque in hunc modum de omni vita diſcurre, quam imaginare tibi poſſis optatiſſimam. hujus vitæ corona quæ erit? illa, quam hoc loco tibi Dominus promittit, dum dicit: *dabo tibi coronam vitæ*. nomen *vitæ* placuit ſine alio adjuncto, ut addere ipſe poſſis, quod lubet, *vitæ placidæ, vitæ doctæ, vitæ divitis, vitæ nobilis, vitæ hilaris, vitæ incolumis, vitæ fortis*, & ſic pergere licebit ſine fine. an putas in Paradiſo aliud bonum non futurum niſi vitam, dum ejus gloria vocatur *corona vitæ*: multum falleris. ſi ibi aliud bonum non eſſet, ſolùm diceretur *bonum vitæ*, non *corona vitæ*. dum ergo dicitur *corona vitæ*, amplius aliquid ibi eſt præter vitam. Eſt ibi vita perfectiſſima, quæ in quocunque genere unquam reperiri poſſit, eſt completa. ſi ibi ſolùm eſſet bonum vitæ illius, quæ eſt propria juvenum, & non illius, quæ eſt hominum ætatis maturæ, dici deberet *corona vitæ juvenum*. ſi ibi ſolùm eſſet bonum vitæ, quæ eſt propria hominum ætatis maturæ, ſed non illius, quæ eſt propria juvenum, dici deberet *corona vitæ virorum*. aliàs videri poſſit ad decipiendos homines plus promitti quàm præſtari. Itaque cùm dicitur *corona vitæ*, nec ad unum genus reſtringitur potiùs quàm ad alterum, ſignum eſt Gloriam in ſe continere coronam, hoc eſt, perfectionem omnis vitæ, atque adeò omne bonum. Et talis corona non ſufficit ad accendendum in corde tuo ardentiſſimum deſiderium eam adipiſcendi? ſi illa placet: *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi &c.*

5. Conſidera mirum videri, quòd Dominus velit talem coronam donare ſervo. & tamen haud dubiè illam donat. quid ajo donat? imò dat. *dabo tibi*. quaſi ſervus fidelitate ſuâ illam

ſibi jam antè ſatis fuerit lucratus. Eſt equidem corona ſupra meritum, ſed non præter meritum. *corona juſtitiæ*, quia DEUS illam propoſuit in præmium. Et in quem finem propoſuit? ut intelligamus, quàm grata ſit ipſi fidelitas. Hinc eſt, quòd hoc loco, quo tanta promittit, noluerit dicere, eſto fortis, eſto generoſus, eſto conſtans, ſed *eſto fidelis*: id namque, quod illi maximè placet in ſervitio ſuo, non eſt fortitudo, non generoſitas, non conſtantia, ſed fidelitas. Hæc eſt illa virtus, quæ tantopere etiam hominibus probatur. *Vir fidelis multum laudabitur.* Prov. 28. v. 20. quiſque eam promovet, quiſque remuneratur, uſque adeò, ut vel hæc ſola præ omnibus aliis poſſit extollere non ... duntaxat, ſed & ſervum ad ... que ſtatûs celſitudinem. Cur ... dochæus coronam in capite ge... etiam cùm eſſet ſervus? ... tem Aſſuero exhibitam. Ut ... libenter exerce erga DEUM ... tem iſtam ipſi adeò acceptam ... illi te fidelem fore, non jam ... nam adeò ſpecioſam, quam ... ſed ſolùm, quia ipſe eſt, qui ... placeas, ut illius gloriam promo... pertinges ad illum apicem ... quâ uti poſſit ſervus ad Dom... quæ in eo verſatur, ut noli... mercedem, quàm gratia... Domini.

## XXI.

### *Nolite locum dare Diabolo.* Eph. 4. v. 17.

1. Conſidera rem inſolentem: ſiquis tibi diceret: cave, ne in domum tuam admittas Draconem aliquem peſtilentem, leonem aliquem, vel lupum, imò nec hominem tui ſimilem, ſiquidem veniat prædonis inſtar ad te ſpoliandum; rideres utique monitorē moleſtum potiùs quàm neceſſarium. id enim ipſe faceres, quin alius de eo faciendo admoneret. & neceſſe tamen eſt eſſe aliquem, qui te hortetur, ne des in corde tuo locum diabolo. *Nolite locum dare diabolo.* an neſcis illum eſſe prædonem quovis alio pejorem? prædonem, qui te nititur ſpoliare theſauro, qui quidem in terrâ inveniri poſſit, pulcherrimo, qualis ... Divina. Ipſe eſt Lupus ... tus, Leo furioſus, Draco om... ſtilentiſſimus. *Draco magnus ... catur diabolus.* Apoc. 12. qu... halitu afflare venenum poteſt. ... igitur ratione illi in corde tuo ... cilè das locum? ſi ille vi intra... poſſet in ejus poſſeſſionem, ... nem haberes, ſed cò intrare ... teſt, niſi velis. *Nolite locum d... abolo.* quia in tuo eſt arbitrio, ... tret, vel non intret. Vide, quàm ... requiratur ad ſuperandam qu... que gravem tentationem, qu... feſtat. alio non eſt opus, quàm ...

ductèr abnuas, dicáſque : *Nolo*. Ecquis eſt, qui cùm poſſit tam levi impendio arcere à domo ſuâ Draconem aliquem, leonem, lupum, aut prædonem, intrare tamen permittat ? Imò quiſquis vel eminus eos videt, jam incipit implorare opem. & tu ſinis eum intrare non tantùm in domum, ſed in cordium, qui tantò majus afferre nocumentum tibi poteſt, quàm omnes illi aggreſſores ſimul juncti. *Nolite locum dare diabolo.*

2. Conſidera, qui ſint iſti, qui propriè dant locum diabolo. an illi, qui patentibus portis illum in cor admittunt? Nequaquam : nam iſti non tantùm illi dant in corde locum, ſed ejus Dominum conſtituunt. Locum propriè dant illi, qui rimam aperiunt, qua ſe inſinuet, qui dant acceſſum, dant auditum, dant, ſi non aliud, ſaltem anſam tentationis, prout Eva fecit in Paradiſo terreſtri. Sic illi faciunt, qui in otio verſantur, uti tunc mulier, itaqui non cuſtodiunt oculos, vel aures, qui permittunt in ſe dominari affectum aliquem perturbantem, uti ſunt Ira, melancolia &c. quia hinc dæmon occaſionem ſumit ulterioris progreſsûs. *Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradiſi?* Gen. 3. an neſcis dæmonem nunquam conſuêſſe ſimul cor totum poſtulare? ſolùm petit locum. ſed væ! ſi dederis. *Nolite locum dare diabolo.* & quam ob cauſam ? quia nunquam ille aquieſcit modico, quod dederis, mox à modico ad multum procedet. primò vult ſcire prohibitionem à DEO factam. deinde ſuſpectam facit; tum damnat, denique perſuadet, ne cures. *Ingreditur blandè, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber.* Prov. 31. v. 32. Reſiſte igitur, ut oportet, tentationi : ſed in principio reſiſte, cùm vix judicas tentationem. non audiſti Apoſtolum ? haud ſatis eſt negare conſenſum dæmoni, oportet negare locum : *Nolite locum dare diabolo.* Obſerva bene, & videbis, cùm diabolus te tentat, plerumque tuam eſſe culpam. Tu vitâ tuâ minùs circumſpectâ, minùs cautâ, tu das illi anſam, ut ad te tentandum appropinquet.

3. Conſidera, quis ſit modus, quem Patres docent, non dandi locum diabolo, quando is pro illo etiam inſtat vehementer. Eſt tenere mentem ſanctis cogitationibus occupatam. Spiritus eſt, quis dubitet? intrat per oculos, intrat per aures, uti veriſſimum eſt. Interim ſi mentem tuam inveniat bonâ cuſtodiâ munitam, eâdem portâ illum egredi neceſſe eſt, quâ intravit. Itaque cùm incipis ſentire tentationem, quæ jam liberè tranſgreſſa ſenſus tibi cor pulſat; non reſponde, ſed cogita, loco laborioſæ repugnantiæ, cogita, inquam, feretrum, in quo aliquando jacebis extenſus, cogita futurum judicium, quod te manet; cogita præmium; cogita pœnam; cogita ſanguinem, quem pro te JESUS in Cruce fudit, & ad eum verſus dic quamprimum ardenti affectu : *Fiat Domine cor meum, & corpus meum immaculatum, ut non confundar.* Si ſic facis; ſalva res. non eſt periculum, ut



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quiſquam malignus Spiritus tranſeat ad contaminandum cor tuum. *Non adijciet ultra, ut pertranſeat per te incircumciſus, & immundus.* Iſ. 52. v. 1. Dices hoc ipſum eſſe tibi moleſtum exequi, quod te doceo. ſit ita, prout dicis. porrò neceſſe eſt unum è duobus laboribus omnino tolerari, ut ſalutem conſequaris. vel locus non eſt dandus diabolo in corde tuo : vel

poſtquam dediſti, ille rurſus ...
lendus. Utrum è duobus ...
negotij faceſſet? Non ...
animi, ut dicas inimico; ...
tres? & tunc erit, ut dicas ...
Hæc eſt cæcitas nolle ſubire ...
laboris, ut ad cor non ad...
tatio: dum deinde ſubeundu...
gè major, ut eam inde expel...
te ergo *locum dare diabolo.*

# XXII.

## Sancta Maria Magdalena.

*Eras nuda, & confuſione plena. & tranſivi per te, & vidi ... ecce tempus tuum amantium: & expandi amictum meum ... te, & operui ignominiam tuam: & juravi tibi, & ... ſum pactum tecum, ait Dominus DEUS, & facta ...*
Ezech. 16. v. 8.

I. CONſidera pulchris hiſce verbis exprimi modum mirabilem, quem ſervat DEUS, cùm per exceſſum immenſæ Miſericordiæ animam ad ſe attrahit, & è magna peccatrice, quæ fuit, facit magnam Sanctam. *Eras nuda, & confuſione plena.* Ecce talem animam miſerabilem! *nudam*, quia omni virtute vacuam: *confuſione plenam*, quia omni vitio refertam. In eo ſtatu per ipſam tranſit DEUS, & videt: *tranſivi per te, & vidi te*. tranſit ad modum Regis, qui aliàs ad venatum egreſſus in ipſam incidit: *tranſivi per te.* & eam videt, *vidi te*, eo ſcilicet obtutu, vi cujus demonſtrare pla-

cet in illa Anima, quid poſſit ...
intellexit Redemptor, cùm ...
thanaëli: *Cùm eſſes ſub ficu*, ...
hoc eſt, *elegi te*, prout explic...
gorius *l. 17. Mor. c. 20.* nam ...
quis eſt, qui non ſemper vi...
DEO? & quo tempore vide...
nimam ejuſmodi tam benev...
ſcilicet, quo illam invenit ...
ditam rebus mundi, recrea...
delicijs, vanitatibus. *Et ecce ...
tuum tempus amantium.* & ...
ipſo tempore (quis credat?) ...
totam ſibi vendicare, ut ...
chrior ſit triumphus, quem ...
na miſeria referre novit Miſer...

Divina. *Et expandi amictum meum ſuper te. & operui ignominiam tuam.* Hic præcedit Gratia præveniens, quâ DEUS intercipit animam, ne rurſus effugiat. Atque hoc ſignificat: *Expandi amictum meum ſuper te.* quæ eſt actio ſimilis illi, quem venator exercet, cùm ſuper cervam expandit rete, ut fugientem ſiſtat: quanquam Dominus dicere noluit, *rete meum*, ſed *amictum meum*, quia Gratia non facit Animæ impoſſibile effugium, ſed difficile tantùm, ut ſi Venator pallium ſuum pro reti injiceret. Sequitur deinde Gratia ſanctificans, quæ non diſtinguitur à præveniente in ſuo principio, ſed in ſuo effectu; quia cum anima reſpondet DEO in hoc converſionis negotio, idem Spiritns charitatis, qui primò virtute ſuâ pertraxerat ad DEUM, ſubit deinde unione ſui præclarâ ad eam veſtiendam quaſi habitu quodam ſanè ſplendido. Atque hoc ſignificat Dominus, cùm addit: *& operui ignominiam tuam.* quia ſimul ac animam ad ſe trahit, indit illi tam vivos ſenſus doloris, atque contritionis, ut in ipſa omnem prorſus ignominiam tegant commiſſi mali, quantum non poteſt pretioſum textum operis Phrygij tegere ignobilitatem panni, in quo relucet. *Univerſa delicta operit charitas.* Prov. 10. v. 12. In his diſpoſitionibus, in quibus Anima jam è peccatrice fit pœnitens, celebrantur primò Sponſalia, dein nuptiæ. Sponſalia conſiſtunt in ſpecialibus amoris arrhis, quas DEUS dat animæ per varia dona devotionis, ſuavitatis, lacrymarum, quæ in eo ſtatu non ſunt aliud niſi *arrhæ amoris*: maximè verò conſiſtunt in vivâ quadam fiduciâ, quam infundit, ipſum illi ſuffecturum pro omnibus. id, quod animæ tantam ſecuritatem præſtat, quaſi DEUM audiſſet id juramento teſtantem. unde per talem animata fiduciam omnino ſtatuit cor ſuum abſtrahere à rebus creatis, ut ſolius Dei ſit. *Memor eſto verbi tui ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.* Pſ. 118. Nuptiæ conſiſtunt in conjunctione reciprocâ, quæ brevì ſequitur DEUM inter & Animam, Animam & DEUM, per omnimodam unionem voluntatis, ita ut ipſa demum non ſolùm Dei ſit, ſicut quævis anima juſta, ſed pro DEO, hoc eſt, tota ejus dedicata ſervitio. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* quæ omnia mirificè expreſſa vides verbis appoſitis. *Juravi tibi.* ecce ſponſalia, in quibus anima arrhas accipit, quas illi DEUS donat. *Ingreſſus ſum pactum tecum.* Ecce nuptias, quæ ſunt pactum reciprocum fidei conjugalis. *Et facta es mihi*: non *mea* duntaxat, ſed *mihi.* ecce ut Anima jam tota eſt ad ejus obſequium. id quod ſolis illis convenit animabus, quas DEUS eximio favore ſibi eligit, vel ut per eas numerum augeat electorum, vel ut in otio excelſæ contemplationis ſolus cum ſolis ſe oblectet. an putas in hac viva imagine expreſſum, quod DEUS benigniſſimè agere dignatus eſt cum anima tua? ô quantum illi obligaris, ſi videre liceat expreſſum!

2. Con-

2. Conſidera, ſi in ulla anima inſigni quodam modo hæc omnia Deus præſtitit, utique in Magdalena præſtitiſſe. Vide illam imprimis eo tempore, quod omnino ipſi fuit *Tempus amantium*. ô quàm erat tunc *nuda*, *& confuſione plena*. Sed coram quo? coram oculis Divinis. Et hic adverte diſcrimen inter judicia hominum & DEI. coram hominibus non modò nuda non erat, ſed ſplendidè veſtita. nec ſolùm non repleta confuſione, ſed officijs, plauſibus, adulationibus cumulata. hæc tamen quid illi proderant, dum coram DEO adeò erat plena opprobrij? væ illi, niſi DEUS dignatus eſſet tranſire per ipſam, & videre miſerationis obtutu, cùm eſſet *in civitate peccatrix*! atque hoc eſt, quod ait: *Tranſivi per te, & vidi te.* Tranſivit primò per animam bene penetrando virtute Verbi ſui Divini: unde non dicit: *tranſivi ante te*, ſed *per te*. eámque illuſtravit radijs ſuæ lucis, quod erat priùs eam videre, quàm ab ipſa videretur. unde ait: *Vidi te*, non ait: *Vidiſti me*, quia non erant niſi aſpectus meri amoris, quales eſſent Regij Principis, qui viſâ luridâ ruſticellâ, diceret: hæc erit mea Sponſa. Suſpice in Magdalena ſortem tam beatam, & ejus amore nunc ſaltē inardeſce, cùm eam in cœlo vides tam ſplendidè amictam, & plenam gloriæ, adeò ut DEUS amare illam etiam in terra poſſet, cùm eam vidit nudam, & confuſione plenam, ſicut filius ille Regius amare potuit ruſticanam non propter id, quod erat, ſed quod face-
re ipſe poterat eam elevando
giæ dignitatis faſtigium.

3. Conſidera à primo ſta
conſiſtit in electione Magdalen
cto tranſitu ad ſecundum, ſ
lam poſſe, cùm DEUS
ſuæ gratiæ primò eam præven
de ſanctitatem illi contulit. O
*vit*: ibi præſtò fuit Magdalen
tia præveniens, quæ fugien
vivaciſſimâ cognitione vitæ
atque ita, cùm Dominus cogn
talem infudit, etiam *Expan*
*ctum ſuum ſuper ipſam*, qui
poteſtate illam habuit. *Stan*
*pit lacrymis rigare pedes eju*:
fuit Magdalenæ gratia juſtific
eam ditavit, ornavitque v
nis, & doloris efficaciſſima de
& tunc cùm præter cognition
memoratam ejuſmodi dolo
ravit, *operuit* omnino *ignomin*
quia tunc infudit gratiam, qu
tavit, cùm priùs eſſet nuda,
vit, cùm priùs eſſet plena co
Dixi: *Operuit ignominiam*,
*ſtulit*, non quòd talis gratia
leat maculam peccati, ſed qu
etiam ſplendorem: prout p
mundo contingeret, quem
tentus purgâſſe, prætereà
Phrygiâ ſuperinductâ ornar
ampliſſimè tum reſarciret,
raret ignominiam, illâ ſui
tractam. atque hoc eſt glo
lud operimentum, de quo
eſt. nempe cùm anima ab ipſ
accipit ſtimulum ad majus a
faſtigium ſanctitatis, ſecund

*Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Remiſſæ quoad deletionem, tectæ quoad ornamentum ſuperinductum.* Greg. hom. 4. in Ezech. Et ideo obſerva, quomodo poſt hæc Dominus *operuit* ignominiã Magdalenæ non ſolùm eam defendendo contra accuſationes Phariſæi, ſed etiam uſque exaltando, ut diceret: *dilexit multum*, quod reſpectu DEI quantumcunque dici poteſt in rigore veritatis? & tamen ita Chriſtus ajebat: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* dicendo *Remittuntur ei peccata multa*, quamprimùm abſtulit miſeram ejus nuditatem, quia gratiâ ditavit juſtificante. dicendo *dilexit multum*, operuit ejus ignominiã, quia oſtendit, pro ratione offenſæ fuiſſe quoque dilectionis modum. Tu quid hic dicis de te ipſo? an ignominia tua videri aliquando poterit tam pulchrè cooperta?

4. Conſidera à ſecundo ſtatu Magdalenæ Pœnitentis tranſiri poſſe ad tertium Magdalenæ ad magnam ſanctitatem elatæ. atque hîc primò occurrunt Sponſalia. *Juravi tibi*: quæ tunc ſunt facta, cùm *ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius.* ubi ex parte ſua aliud non agebat, quàm ut reciperet conſolationes, ſuavitates, delicias ſummas: DEUS verò ut eas daret. Quis ergo dubitet tunc illi infuſam præcipuè fiduciam humanâ majorem, DEUM ſibi fore loco omnium, unde in eo ſtatu ne quidem cibi ampliùs recordabatur. Deinde nuptiæ: *Ingreſſus ſum pactum tecum.* Et iſtæ tunc ſunt conſecutæ, cùm Dominus eam circumducens ſecum ceu Sponſam jam declaratam, illi dabat mille ſigna fidelitatis, & viciſſim ab ea recipiebat, dum habuit adſtantem ad pedem Crucis, nec ad pedem tantùm Crucis, ſed inter arma & armatos etiam ad ſepulchrum. adeò fida illi fuit Sponſa. Beata Anima tua, ſi etiam ipſa admiſſa eſt ad nuptias tam præclaras.

5. Conſidera denique, quomodo à tertio ſtatu Magdalenæ elatæ ad eximiam ſanctitatem tranſiri poſſit ad ultimum Magdalenæ quaſi factæ pro Chriſto: *facta es mihi.* Primò id fuit, cùm Dominus poſt glorioſam reſurrectionem ſub idem tempus eâ eſt uſus tanquam ferventiſſimâ venatrice in trahendis ad ſe animabus. & hoc illi munus demandavit, cùm dixit: *Vade ad fratres meos, & dic eis &c.* Jo. 2. v. 17. Deinde, cùm desertâ omni Judæâ in ſolitudinem Marſiliæ digreſſam facilè quadraginta annis in ſpecu detinuit, jam non pro ſe ſimul & alijs ſed pro ſe ſolo aſſiduæ contemplationi intentam. Tibi forſan ſatis eſt poſſideri à DEO, ſicut quamvis aliam animam juſtam, cui dici poſſit; *facta es mea.* Non ita; cura potiùs, ut etiam ad tuam poſſit dicere: *facta es mihi*, vel laborando pro ſalute animarum, vel contemplando. quia, quantumvis hæc dona ſint gratuita, quid denique ardentibus votis non obtinetur à DEO?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# XXIII.

*Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Pſ. 7...

1. CONſidera rudi noſtro concipiendi modo tria eſſe tempora, Præteritum, Præſens, & Futurum. Sed reverà non ſunt niſi duo tantùm Præteritum & Futurum: quia Præſens, ſi penitiùs conſideres, non invenitur. cùm affirmas eſſe, jam non eſt, ſed fuit. Cogita te conſidere ad ripam rapidi fluminis. quamprimùm determinas punctum aliquod fixum dicens: hæc aqua eſt præſens; verum non dicis: nam aqua deſignata, quam dicis hìc eſſe, multis jam paſſibus præterivit. Tempus majori rapiditate fluit quovis flumine: ſiſti nequit: cùm dicis, quaſi ſiſtendo curſum illud eſſe præſens, repentè elabitur ſub ipſum actum dicentis, & jam tranſiit. Verè præſens non niſi in Deo invenitur, qui tempus non habet: *apud quem non eſt tranſmutatio.* Jac. 1. v. 17. Unde mirari non debes, quod Pſalmiſta, dum hoc loco de Tempore loquitur, mentionem non faciat niſi Temporis Præteriti & futuri. *Cogitavi dies antiquos.* Ecce præteritum. *& annos æternos in mente habui.* ecce futurum. Præſenti non advertit animum, ſive quia non eſt, ſive quia æſtimandum non eſt, adeò eſt tenue. quid demum eſt, quod præſens dicimus, reſpectu noſtri? ſi quidem eſt, nonniſi momentum eſt, ſeu punctum unum: *Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.* Job. 20. v. 5. Vi...
go, quantillum ſit tempus, quo...
ſim poſſides. momentum ...
Quidquid antecedit, præteritum ...
& quidquid ſequitur, futurum ...
re dicebat Eccleſiaſtes: *Quod...*
*facere poteſt manus tua, inſtanter ...*
*rare.* Eccl. 9. v. 10. dicitur *In...*
quia præteritum jam non eſt ...
ſtate tua, ut de illo in tuum com...
dum poſſis diſponere. de futuro ...
ſcis, an erit. quanquam meli...
quendo Pſalmiſta hoc loco ...
præteritũ cogitabat & futurum, ...
præteritum & æternum. *Cogitavi...*
*antiquos*, hoc eſt, *qui fuerunt* ...
annos non *futuros*, ſed *æternos in men...*
*te habui.* Omnes illi anni, qui ...
erunt æterni, futuri ſunt, nemo ...
bitat: at non omnes futuri ...
æterni. Anni vitæ, quos in ...
liquos habemus, ſunt futuri, qu...
ſcit? quis tamen poteſt illos ...
æternos; dum ſexaginta vel ...
ginta annorum ſpatio finientur ...
ni ſunt illi tantùm, qui poſt ...
ſuccedent, quia eorum numerus ...
quam habebit finem. Et hos co...
bat David. Beatum te, ſi tu qu...
cogitare conſueveris: quia ...
tè ſaluberrima eſt cogitatio, quæ ...
ſit in mente noſtra hoſpitari, de p...
ritis ſcilicet, & æternis. de illis ...
dem, ut videas, quantâ veloci...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tranſiverint, de æternis verò, ut memineris eos nunquam tranſituros. *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.*

2. Conſidera, quæ ſit ratio, ob quam cogitatio modò dicta adeò ſalubris futura ſit. Ratio eſt, quia cogitatio præteritorum faciet, ut tantò majorem habeas æſtimationem æternorum, qui, ut audiſti, nunquam finientur: & viciſſim cogitatio æternorum faciet, ut minùs æſtimes præteritos, qui tam celeriter tranſierunt, & ſic de ceteris, qui tranſibunt. Solùm noto, ſi velis cogitationi majorem ineſſe vim, nec ſolùm de præterito, nec ſolùm de æterno, ſed de utroque ſimul cogitandum eſſe, uti vides Davidem feciſſe: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* nota particulam *Et*, quæ conjunctionem oſtendit. nôſſe cupis, quàm parvi faciendum ſit, quidquid tranſit? compone cum eo, quod nunquam tranſit, & tecum ipſo reputa: ſi ego adhuc viverem, non dicam, meos annos, qui fortè non erunt octoginta, ſed illos Noëmi, Nacor, Matuſalem, qui ferè millenos implebant; equid erunt iſti comparati tot millionibus, quos curſu ſuo abſorbet æternitas? quaſi nihil erunt: *Tanquam dies heſterna, quæ præteriit.* Pſ. 89. v. 4. quomodo ergo anteponam annos tam celeriter tranſituros nunquam finiendis? nôſſe etiam cupis, quanti faciendum æternum? cum præterito compone, & tecum ipſo reputa. Cùm impletæ fuerint etiam iſtæ tot annorum myriades, quas diximus, quid in fine de me erit? quid ajo de fine? neceſſe erit ſemper à capite numerare, quaſi nunc primum fieret initium. quomodo ergo ſtatum illum poſtponam, qui finem non habet, alteri, qui tam citò finietur? hæc eſt vera regula tam uni quàm alteri juſtum ſtatuendi pretium. Itaque cogita præteritum, cogita æternum, ſed utrumque ſimul cogita. *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.*

3. Conſidera Pſalmiſtam dicere de diebus antiquis: *cogitavi*, de annis æternis: *in mente habui.* quippe quoad præteritum, potes totum ſimul verſare animo, quantum libet, potes illud ſecare, & minutim dividere: ſed non potes idem facere quoad æternum. imò nec totum ſimul concipi mente poteſt ſed per partes, modo nobis miſeris accommodato. Hinc eſt, quòd habere quidem in mente tua poſſis *annos æternos*, hoc eſt, annos illos, qui, ut modò diximus, ſucceſſione quadam ſine numero tranſituri ſunt: ſed non ita habere in mente potes *æternitatem.* hæc nimium vaſta eſt. non habitat in mente, qualis eſt noſtra. ſolùm habitat in mente DEI, qui dum eam in ſe complectitur, totam videt. Tu in mente tua ſemper fixos tene, ut olim David faciebat, *annos æternos*, quod ſatis erit, idque repete ſæpiùs. Deinde cùm æternitatis tot anni præterierint, quot ſunt verno tempore arborum frondes, quot ſunt aquarum arenulæ, aëris atomi,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtellæ firmamenti, quantum æternitatis, quam dicimus, verè præterierit, ita ut rediturum ampliùs non ſit? nec punctum quidem. Tantum ſemper redibit, quantum fluxit. Ceterùm quis noſtrûm capere poteſt, quid ſit æternitas? quamdiu erit infinita, etiam erit incognita. Nos eam pertranſire debemus animo revolvendo *annos æternos*; nam iſti ſunt, qui ad nos pertinent. Itaque totum diſcurſum hac ratione conclude. Tempore vitæ hujus, ſi ſubtiliùs loquamur, non eſt præſens, ſed præteritum duntaxat vel futurum, prout in aquis fluentibus accidit, quarum pars una velociter ſuccedit alteri. atque his cogitare debes nos omnes eſſe ſimiles mortales: *Omnes nos quaſi aquæ dilabimur.* 2. Reg. 14. v. 14. In æternitate vice versâ non eſt futurum, præteritum, ſed totum præſens in vena contingit, unde aqua & talem cogita eſſe DEUM. *tem idemipſe es, & anni tui non deficient.* Heb. 1. v. 12. Id, quod in tate dicitur præteritum, & quod ternitate dicitur futurum, ipſa æternitas, ſolum eſt in quod fluit. atque hoc eſt, quod proprium nobis, uti nunc eſt, quòd nunc ſit ad modicum, futurum ſit ſemper. *Et erit eorum in ſecula.* Pſ. 80. v. 16. de hoc, prout toties repetendo mus, cogitandum tibi eſt, ut diſ ſitne operæ pretium gaudere ad modicum, & pati ſemper, an gaudere ſemper, & pati ad modicum.

## XXIV.

***Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio Judicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.*** Hebr. 10. v. 26.

1. Conſidera, qui ſint illi, qui peccare dicuntur poſt acceptam notitiam veritatis. Sunt Apoſtatæ, quia increduli ſolùm peccant *poſt auditam notitiam veritatis*, Apoſtatæ *poſt acceptam*. Jam verò, ſi rite perpendas, horum Apoſtatarum duo ſunt genera. Quidam repugnant non ſolùm Principijs Chriſti, ſed & dogmatibus, quemadmodum faciunt, qui de ſtatu Catholicorum tranſeunt ad Gentiliſmum, Judaiſmum, vel Hæreſim. Alij dogmata retinent, ſed eorum principijs repugnant, dum aliqua optimè cognoverunt eorum pulchritudinem, ea amaverunt, imò aliquo tempore in uſum deduxerunt, verò laſſati illa deſeruerunt. De utroque hoc genere loquitur Apoſtolus, & ideo de utroque dicit:

*voluntariè peccant*, (vel ut in contextu originali legi poteſt ad majorem culpæ deſignationem) *deficiunt, deſciſcunt*. & de utroque dicit: *Peccantibus*, ſive *deficientibus, deſciſcentibus jam non relinquitur pro peccatis hoſtia*. Quid igitur prodeſt tibi non eſſe de primo genere Apoſtatarum, ſi fortè venias in numerum ſecundi?

2. Conſidera utrumque hoc genus Apoſtatarum peccare *voluntariè*, quia peccant deliberatâ voluntate. Quiſquis peccat, ideo peccat, quia vult; quis non neſcit? Attamen peccant nonnulli calente ſanguine, alii frigente. Priores cupiditatis ardore præventi non ſatis agnoſcunt, quid faciant? *Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem*. Pſ. 57. Secundi ſuperiores affectibus id probè cognoſcunt, & tamen volunt inſtigante malitiâ, quæ in eorum cordibus dominatur. nec volunt tantùm, ſed ſæpe etiam ſtudioſè quærunt, deſignántque animo, ultrò tergum obvertentes ſoli, ne nimio fulgore ipſorum oculos perſtringat: *Fuerunt rebelles lumini*. Job. 24. unde primi potiùs dicuntur *volentes* peccare quàm *voluntariè*, ſecundi peccare *voluntariè*, non *volentes*. Et tales ſunt, ſi bene conſideres, omnes Apoſtatæ priùs dicti. *Homo apoſtata pravo corde machinatur malum*. Prov. 6. v.13. Porrò quid mirum, ſi his dicatur non relinqui ullum genus expiationis? *jam non relinquitur pro peccatis hoſtia*. Quænam præcipua piacularis hoſtia? JESUS Chriſtus. hæc eſt hoſtia tot aliis antecedentibus præſignata, Taurorum, Agnorum, Arietum, & demum pro nobis immolata in altiſſimo altari Crucis. Jam ergo hæc hoſtia tam electa, tam ſalutaris in uſu ſuo utique non relinquitur ampliùs cuiquam illorum: dum nulla ſpes eſt Chriſtum denuò pro hominibus moriturum in Cruce: *Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur*. Rom. 6. v.9. Jam ſemel fecit pro nobis, quidquid facere debuit: *Quid debui ultra facere vineæ meæ, & non feci?* Iſa, 5. v.4. Ideo nihil amplius ejus generis faciet, quia faciendo nihil planè faceret ultra id, quod jam fecit. At verò ſi hæc Hoſtia nulli relinquitur amplius in uſu, hoc eſt, immolando vitam, relinquitur tamen in effectu, eam nobis donando. Sed pro Apoſtatis *non relinquitur* nec in effectu quidem, atque adeò nullo modo, quod enim Chriſtus ſemel fecit, moriendo ſcilicet in Cruce, his miſeris nihil utilitatis afferet. Pro ceteris dicere Patri ſuo æterno Chriſtus poteſt: *Pater dimitte illis, neque enim ſciunt, quid faciunt*. Luc, 2. Pro his dicere id ipſum non poteſt: dicendum erit potiùs: *ſciunt, quid faciant*, & ideo *damna illos*. Ita eſt, etiam iſti poſſint aliquando redire ad ſeipſos, compungi, converti, & ſic capeſſere utilitatem ſuam ex victimâ tam præſtanti. ſed adeò raró hoc contingit, ut de eo loqui liceat quaſi nunquam futuro. *Homo Apoſtata ſubitò conteretur, nec habebit ultra medicinam*. Prov. 6. v.15. De Apoſtatis primi generis vix invenies, qui reverſus ſit ad veram fidem. & ſic videbis ex hæreſiarchis converſum eſſe unum Berengarium,

qui primus negavit veram Chriſti in Sacramento præſentiam, ceteri ut Simon Magus, Arrius, Montanus, Manes, Neſtorius, Pelagius, Priſcilla, Lutherus, Calvinus, Carolſtadius, Bucerus, & tot alii omnes ſine pœnitentia deceſſerunt. *Non habuerunt ultra medicinam.* Et de Apoſtatis ſecundi generis pariter vix quiſquam eſt, qui redeat ad frugem: & ratio eſt manifeſta. quis enim adhibendus eſt modus, ut omnis peccator reſipiſcat? repræſentanda enormitas mali, quod committit, ſcandalum, quod dat proximo, diſplicentia, quam facit DEO, gaudiũ, quod præſtat diabolo, periculum, in quo verſatur, damnationis æternæ. at iſti hæc omnia jam cognoſcunt, & nihilominus audacter contemnunt. Quę ergo ſpes eſſe poteſt eos reducendi? *Non habebunt ultrà medicinam.* Quàm bene igitur locutus eſt Apoſtolus, cùm dixit: *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis jam non relinquitur pro peccatis Hoſtia.* quia quemadmodum iſta peccata Apoſtasiæ difficillimè retractantur, ita difficillimè quoque remittuntur. Exhorreſce ad intuitum talis ſtatûs, neque fide, etſi videaris in præſens ab eo longiùs abeſſe. ſcis enim quâ ratione in eum devolvamur? paulatim & per gradus.

3. Conſidera, dum rebelles iſti infelices non curant habere Chriſtum ſequeſtrum pacis, aliud non ſupereſſe, quàm ut illum Judicem expectent. unde cùm dixiſſet Apoſtolus: *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiã*

*veritatis jam non relinquitur pro*
*tis hoſtia*: mox ſequitur
*autem quædam expectatio judicii*
*quædam*, quia hi miſeri
modò omnem illam expecta
Judicii, quam oporteret,
*areſcerent præ timore.* ſed tam
bent, quanta ſufficit ad turba
inde illorum gaudia: & ideo
expectatio dicitur illis redd
quamvis tunc primùm vere
bilis, cùm plena ſupervenerit
do veniet? In hora mortis.
igitur, quid his miſeris fu
quando dici ſibi audient
comparituros ante tribunal
cis, cui tam fœdè violâſſent fid
*divi, & conturbatus eſt venter*
cur? quia non habebunt
cuſandi culpam. *A voce con*
*runt labia mea.* Abac. 3. v.16.
qui graviter deliquit, ſed ha
bet excuſationem delicti,
dem, cùm ſcit brevi coram Ju
comparendum, ſed non tam
mit, quantum Reus, cui nul
excuſatio, quam adducat.
runt hi miſeri, qui deficien
tatibus cognitis, quæcunque
per malitiam peccârunt: *Vo*
*peccantes poſt acceptam notitiam*
*tis.* At iſta expectatio, qua
nus diximus, eſt particularis
reſtat altera Judicii univerſalis
quando veniet? tempore co
Rurſus ergo cogita, quid his f
ſit, cùm ad tubæ ſonitum
tumulo, in quo jam dudum
putruerunt cadavera, ſentient

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum ſtimulis & verberibus ſe urgeri, ut citò compareant in valle ſtragis ſuæ. *Populi, populi in valle conciſionis, quia juxta eſt dies Domini, in valle conciſionis.* Joel. 3. v. 14. O quàm terribilis illorum erit expectatio! Iſti omnino erunt peccatores, qui præ omnibus aliis contremiſcent expectatione Judicii: quia iſti præ aliis in Judicio confundentur, ut qui culpæ monſtroſam deformitatem ſatis agnoverunt, & nihilominus ut inſani amatores eam ſibi abſconſârunt. Unde qui peccavit cognitionis defectu, die illo rogabit cavernas, ut ipſum abſcondant: atqui ex malitiâ peccavit, rogabit ipſam abyſſum inferni, ut demergat. Tam expectatio Judicii, quod jam non longius abeſſe, uti nunc, ſed proximè imminere cernent, illis terrorem incutiet. Iſti erunt à Chriſto maximè objici, purgari, maximè execrati, exoſi, & demum tanquam maledicti. & quare? quia hominibus cuicunque Principi maximè inviſi fuerint rebelles. atque ideo tecum repu tacendo; ſi his adeò terribilis erit ſola expectatio magnæ confuſionis, qui deerit jam non expectare, ſed experiri?

4. Conſidera parum fore, ſi Chriſtus in die Judicii iſtos magis quàm ceteros reprobos eorum ſocios objurgaret, ſi non etiam plus ceteris puniret. Unde ſubjungit Apoſtolus, quòd pro his relinquatur non ſolùm *terribilis expectatio Judicij*, ſed etiam *terribilis ignis æmulatio.* Ignis ille, qui poſt decretoriam damnationis ſententiam comprehendet reprobos, ut repentè in abyſſos detrudat, ô quàm tenaciter his potiùs adhærebit quàm aliis, quos inſtar lignorum flammæ invenerit aptiores. ſcire igitur oportet ignem ſupra naturæ vires tunc elevatum à Deo ad puniendos reprobos aliter acturum quàm inter nos faciat in præſens. nunc eodem modo urit martyrem & criminoſum, furem & latronem, fornicariũ & adulterum. tunc non ita, aget quaſi ratione præditus, & proportione ſervatâ torquebit magis, qui magis merentur. quæ cauſa eſt, cur ſancti quidam ignem inferni vocaverint quaſi *Rationalem ignem.* & quia talis erit, hoc loco dicit Apoſtolus ignem ejuſmodi habiturum æmulationem & zelum quaſi puniendi iſtos ſceleratos. *quadam ignis æmulatio.* quanquam zelus iſte non ſolùm tunc igni inerit, ſed & ceteris elementis, quæ certatim ſe accingent ad vindicandas injurias Domino ſuo in terra illatas. Tunc continget, quod tam aptè deſcripſit Sapiens, cum dixit: *Pugnabit pro illo Orbis terrarum contra inſenſatos.* quia quodvis elementum ita ſe geret, quaſi non tantùm virtute agendi ſed furore percitum. *Ibunt directè emiſſiones fulgurum.* Ecce tela ignita quaſi rationalia non jam temerè, ut nunc fit, ſed cum ratione configent directè, quos oportet. *Ibunt directè, & tanquam à bene curvato arcu nubium exterminabuntur,* hoc eſt, *emittentur, vel ejicientur, & ad certum locum inſilient,* non jam *ad incertum, & à petroſâ irâ plenæ mittentur grandines.* Ecce terra etiam ipſa quaſi rationalis, ideóque i-

rata

rata emittet lapidum, ut grandinum, tempeſtates. *Excandeſcet in illos aqua maris.* Ecce aqua quaſi rationalis excandeſcet, perinde ſi irâ eſſet ſuccenſa. *& flumina concurrent duriter,* quaſi omnia contendant ad mare, ut vires ſubminiſtrent ad cladem hoſtibus inferendam. *Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis.* Ecce quaſi rationalis aër primò conſiſtet ſumpturus Spiritum, *ſtabit*, dein *tanquam turbo venti dividet illos* malos à bonis ſeparando. Sap. 5. v. 21. In hoc elementorum conflictu, quia ignis Ducem aget: *Ignis ante ipſum præcedet*: ideo Apoſtolus nec aëris, nec aquæ, nec terræ mentionem fecit, ſed ignis tantùm, eo etiam ex capite, quòd *æmulatio*, quæ eſt ſummus quidam ardor, igni potiùs quàm ceteris conveniat.

5. Conſidera denique æmulationē iſtam conſumpturam adverſarios Domini tui. *Æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.* Adverſarii iſti præcipuè ſunt omnes illi Apoſtatæ, quos antè diximus. nam iſti maximè ſunt, qui præ omnibus aliis bellum nunc DEO movent eripiendo illi animas, ſeducendo, ſubvertendo, & facilè homines pertrahendo ad malum. Et omnes iſti die illo conſumentur, quia omnino deſtruentur. Unde non dicitur *ignis æmulatio conſumptura inimicos*, ſed *conſumptura adverſa*[...]
quidem multâ cum ratione, [...]
ſervandum eſt nunquam [...]
lices iſti deſinant eſſe inimici [...]
omnem æternitatem, ſicut [...]
ri omnes, qui cum ipſis in [...]
debunt, omnes damnati, omn[...]
li. quid porro? etſi omnes [...]
ſint inimici, non idcirco e[...]
bunt adverſarii, quia nō po[...]
plius adverſari ejus gloriæ, [...]
tam audacter in terra facieb[...]
quia ſolùm manebunt inimi[...]
manebunt adverſarii, idcirc[...]
*ignis æmulatio conſumptura ad*[...]
*rios*, & non dicitur *conſumptura*[...]
*cos*. Ceterùm quomodo dic[...]
ignis æmulatio conſumptura [...]
cos, dum equidem miſeri iſti [...]
ardebunt in horribili inferni [...]
contabeſcent, nunquam ve[...]
mentur? quippe ignis ille [...]
bit, ut diſperdat ſimul & non [...]
adeò rationalis erit flamma. [...]
ad ſolam ignis hujus imagi[...]
non exhorreſcas, time, ne ſo[...]
jam ſis illorum Apoſtatarum, q[...]
ſolùm audent adverſari [...]
Chriſti vitam concernentibus, [...]
tiam documentis ad fidem p[...]
tinentibus.

* * *

# XXV.

# S. Jacobi Apoſtoli.

*Obſecro vos tanquam Advenas & Peregrinos abſtinere à carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam, converſationem veſtram inter gentes habentes bonam.* 1. Pet. 3. v. 11.

1. Conſidera tribus modis poſſe homines in terra degere, vel ut cives, vel ut advenas, vel ut peregrinos. Illi cives in ea degunt, qui aliam, prævistam patriam non agnoſcunt. *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrā.* Pſal.16.v.11. atque ideo hîc omnia ſua bona fundârunt. Tales ſunt mali Chriſtiani, qui licet in terra non ſint cives originarii, nam illorum origo de cœlo eſt, ſunt tamen cives voluntarii, qui hic tentoria ſua firmârunt, quaſi nunquam amplius removenda. *Tabernacula eorum in progenie & progenies,* hic ſunt adſcripti, hîc in ſyllabum relati. *Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.* Pſ.48.v.12: vivendo ad morem reproborum Gentilium, *qui ſpem non habent.* Ut Advenæ in ea degunt, qui aliam patriam optimè agnoſcunt, qualis illa eſt Paradiſi, & ad eam aſpirant. interim tamen ſatis ſtudioſè morantur ſuper terram magis terrenis quàm cœleſtibus intenti. *Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es, inveterâſti in terra aliena?* Bar.3.v.10. Et iſti ſunt ordinarii Chriſtiani. Ut peregrini denique in ea degunt, qui non ſolùm aliam Patriam agnoſcunt, qualis illa eſt Paradiſi, & ad eam aſpirant, ſed in terra quieti conſiſtere nequeunt. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.* Pſ.119.5. & quaſi hîc verſentur in tranſitu ad unum diem, aliud de terra non ſumunt, niſi tantum alimenti, vel ſubſidii, quod in dies ſervandæ vitæ ſufficiat. *Et à te quid volui ſuper terram?* Pſ.72. Et iſti ſunt perfecti Chriſtiani. Antequam progrediaris ulteriùs, ſiſte tantiſper ad diſcutiendum te ipſum, ut cognoſcas, in qua claſſe verſeris modò, & in qua velles ſub vitæ finem verſari.

2. Conſidera Apoſtolum hoc loco non loqui illis, qui in hac terra tanquã cives verſantur: nam hi admonendi erant, ut abſtinerent non ſolùm *à carnalibus deſideriis*, ſed etiam operibus. Illis tantùm loquitur, qui in ea ut Advenæ vel Peregrini degunt: & ideo eos precatur (quò majori reverentiâ utatur) ut tales ſe gerant, quales reipsâ ſunt. *Obſecro vos tanquam Advenas & Peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant adverſus animam, converſationem veſtram inter gentes* (qui ſunt cives hujus terræ ſuprà memorati) *habentes bonam.* Quæ autem

ſunt hæc deſideria carnalia, de quibus hîc agitur? ſunt tria illa deſideria adeò famoſa, quæ omnia complectuntur carni grata, opum, honorum, voluptatum, maximè corporis. Verum eſt, propriè loquendo prima dici deſideria avara, ſecunda ambitioſa. deſideria carnalia reverà ſunt illa carnalium voluptatum. & ab his maximè te vult abſtinere Apoſtolus, cùm dicit: *Obſecro vos tanquam Advenas & Peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis.* quia iſta præ aliis faciunt nos vivere affixos Terræ. Ideo de ſenibus illis, qui carnalibus deſideriis adeò tenebantur, ajebat Daniel: *Declinaverunt oculos ſuos, ne viderent cœlum.* Dan. 13. v. 9. atque inter partus libidinis funeſtos non ſolùm recenſentur offuſcatio mentis, Inconſiderantia, Inconſtantia, & Præcipitatio, ſed præcipuè *Horror futuri ſeculi.* Nota ergo hîc non eſſe contentum Apoſtolum, ut abſtineas ab operibus carnis, quæ malitiam ſuam apertè produnt, ſed etiam *à deſideriis*, quæ illam abſcondunt: quia ſi ullum eſt vitium, cui oporteat in principio obſtare, iſtud eſt, de quo loquimur, quod etiam idcirco igni comparatur, quia ſæpe oriri poteſt ab una ſcintilla, à lectione curioſa, à verbulo, à cogitatiuncula, à primo motu non tempeſtivè repreſſo. *A ſcintillâ unâ augetur ignis.* Eccleſ. 11. verſ. 34. fortè id ipſum te experientia docuit?

3. Conſidera nihilominus hoc loco non dicere Apoſtolum: *Obſecro vos carere carnalibus deſideriis*, bene autem, *abſtinere vos*, non enim ... eſt omnibus immunem eſſe ... modi deſideriis præter ... ſurgentibus, bene autem à ... Et ideo oportet, quamprimum ... Animam conſurgunt, ea ... pellere, retundere, removere ... iſtud ſufficit: quia hoc caſu ... poſtolus: *Obſecro vos* ... *carnalia deſideria*, at ille ... git. non vult ſolùm, ut ejuſmodi ... deria à te procul habeas, ... ſed inſuper ut ab illis procul ... as, *abſtineas te ab illis*, hoc ... propriè *abſtinere ſe*, ſe procul ... *Abſtinet ſe à viis noſtris.* Sap. ... Vult, ut velut cautus belli dux ... tum potes, declines pugnam ... tur oportet, iſta deſideria ... liquando dimicare contra ... aliàs militare, hoc eſt, ad dim... duntaxat ſtare accincta. Itaque ... do illa dimicant maximè fu... nere pugnæ, rejicienda ſunt ... da retundenda, ut ſuprà di... cùm *militant*, prout hîc ponit ... lus, *adverſus animam*, declin... pugna, & longiſſimè fugie... tiùs quàm dimicandum. *Ab...* *à lite, & minues peccata.* Eccl... Imò quando etiam te impugna... ipſo modo vincenda ſunt, qu... potes, abſtinendo, ne in iis me... gas, diſtrahendo, divertendo ... & ratio eſt, quia cogitatione... in peccato, quod te impugnat ... minuit aliquando propenſionem ... ſæpe etiam auget. Quando ... prout in Avaritia & Ambitione ...

tingit, pugnare potes reſiſtendo cogitationi, quò enim magis cogitas vanitatem lucri ab Avaritia æſtimati, vel gloriæ ab Ambitione ſperatæ, tantò majorem aquiris facilitatem ſpernendò, ut quando auget, prout in Libidine accidit, quæ vim habet pelliciendi, etiam cùm ejus fœditatem contemplaris, non debes pugnare reſiſtendo cogitationi, quam excitat, ſed fugiendo tantùm. *Averte faciem tuam à muliere comptâ.* Eccl.9.v.8. Si ergo, cùm iſta deſideria carnalia actu ipſo bellum tibi movent, hoc uti oportet ſtratagemate, quod modo diximus, vincendi per fugam: *abſtinere te:* quantò magis cùm ſolùm ſtant in procinctu ad illud movendum: *militant adverſus animã.* Fugere ante conflictum ſemper utcunque facile eſt, non ita ſi jam factum eſt initium pugnæ. unde ſapienter Apoſtolus: *Obſecro vos abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam,* ne expectetur, dum terrent, & tamen *unde bella?* ſi S. Jacobo credimus: *Nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris:* Jac. 4.

4. Conſidera, quis ſit modus facilè abſtinendi ab ejuſmodi deſideriis. modus eſt mortificare ſe ipſum vitando occaſiones, quæ ea poſſint excitare: cuſtodire viſum, cuſtodire auditum, continere ſe à legendis libris vanis, itaque de ceteris. Iſte, inquam, modus eſt unicus abſtinẽdi ſe à carnalibus deſideriis. Hoc neglecto non ſolùm à deſideriis deinde abſtinere non potes, ſed multum erit ſi abſtineas à delectatione, à conſenſu, ab opere. oportet ergo, ne eò exorbites, abſtinere à deſideriis. & ideo concludit Apoſtolus, ut præ omnibus converſari ſtudeas, ſicut oportet: *Converſationem veſtram inter gentes habentes bonam.* hæc enim eſt, in qua deſideria talia maximè exardeſcunt. ſive verſeris in terra ut Advena, ſive ut Peregrinus, neceſſe eſt ſæpius converſari cum iis, qui ibi ut indigenæ vivunt. Iſti hîc ab Apoſtolo *gentes* vocantur, ſive quia quantumvis Chriſtiani non agnoſcunt inſtar Gentilium aliam Patriam niſi præſentem, ſive quia, cùm multò plures ſint numero, quam Advenæ in terra & Peregrini, meritò veniunt nomine Gentis, hoc eſt, multitudinis. cùm igitur inter iſtos converſari neceſſe ſit, quàm cautè & attentè hoc facere oportet, ne & tibi mores ſuos affricent. Dixi inter ipſos: ita enim pariter dicit Apoſtolus: *Converſationem veſtram inter gentes habentes bonam.* non dicit *cum gentibus*, quia ſi quando cum iſtis agendum eſt, ſive tuo, ſive illorum commodo, non facilè tamen converſandũ cum ipſis, ſed inter ipſos. vitandum omne genus converſationis non ſolùm malæ, ſed etiam ſuſpectæ: nam in ea præcipuè accendi ſolent deſideria carnalia. Unus aſpectus, vel riſus, unus agendi modus incautus ſufficit, ut armentur in ſummam animæ perniciem, *militent adverſus animam.* obſerva, quàm ſolicitè abſtineas ab occaſionibus lubricis, & ab his abſtine, ut facilè poſſis abſtinere à deſideriis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# XXVI.
# Sancta Anna.

*Silebit Dominus in dilectione ſuâ, exultabit ſuper te in laude,* So…
3. v. 17.

1. CONſidera, quæ ſit ars illa adeò optata modico lucrandi multum, nempe exercere ſe ipſum in actibus amoris Divini, ita ut, cùm agis aliquid, ſemper ad eum dirigas hac intentione expreſsâ ob amorem ipſius id agendi. Non potes jam queri amplius, quòd ſtatus tuus non permittat opera patrare Heroica, quæ patrant alii in ſuo; quia DEO ſufficit, ſi in tuo amare non deſinas: *ſilebit Dominus in dilectione ſuâ.* Hic eſt proprius verborum ſenſus, quæ proinde ſummum afferre poſſint ſolatium. Doles fortaſſis non poſſe te quoque facere illa opera pœnitentiæ tam auſtera, quæ tot alii faciunt pro DEO, illas flagellationes, illa jejunia aliàs culpis tuis debita? ſupple defectum frequentandis amoris actibus, & ille aliud non requiret: *ſilebit in dilectione ſuâ.* cùm manifeſtiſſimum ſit actus ejuſmodi ſed ex intimo corde profectos ſufficere, ut etiam à purgatorii pœnis te eximant. ſi aliud non potes, quàm illi in Cathedrâ ſervire, ama ipſum, & *ſilebit in dilectione ſuâ.* ſi aliud non potes, quàm illi in ſacro tribunali ſervire, ama ipſum, & *ſilebit in dilectione ſuâ.* ſi nec iſtud tibi permittitur, ſed neceſſe eſt negotia curare domeſtica, educare filios, regere familiam, operi inſiſtere man… tantùm hæc agis, at ſemper, … mus, amore ipſius, ne dubi… perinde ſatisfactum iri in … quàm ab aliis in ſuo præſtan… *lebit Dominus in dilectione ſuâ,* … *opere,* ſed *in dilectione.* Quæ … to ſolatio eſſe debet, ut etiam … mum afferat incitamentum … ercendi actus iſtos amoris p… mos, & adeò gratos DEO. Q… bitas? id, quod ſanctos ad … ſanctitatem provexit, non … fuerunt ab ipſis facta, quàm … ſunt facta. *Remittuntur* … *multa,* de Magdalena Chriſtus … *quoniam dilexit multum.* Luc. … *quia multum fecit,* ſed *quia* … *lexit.* Nec ſtillam ſanguinis … pis ſuis hactenus fuderat Mag… ſed nihil obfuit, dum pro … xerunt lachrymæ ſinceriſſimæ.

2. Conſidera, ſi his actibus … ris, quos diximus, inſuper … alios laudis, laudando Domin… omnibus, quæ in dies circa te … ita ut non ſolùm de ullo caſu … tumvis ſiniſtro queraris, ſed … rata habeas, probéſque cuncta, … facit, ceu bene facta, non … duntaxat, uti in actibus dilect…

ſed *Exultabit ſuper te in laude.* quia in his dilectioni, quam illi debes ut Patri, adjunges reverentiam, reſignationem, & æſtimationem tanquam Domino ſupremo debitam. Omnium, quas reddere DEO poſſis, laudum gratiſſima hæc eſt, quæ datur boni regiminis causâ. Placet equidem, ſi laudes ob infinitatem ſuam, immenſitatem, ceteráque ejus Attributa ſublimia; maximè verò placet, ſi laudes ob Providentiam ſingularem & omni dignam veneratione. quare? quia hæc eſt illa laus, quam ejus inimici maximè impugnabant. Hinc eſt, quòd in cœlo quoque ad cytharam beatorum laus iſta præ alijs reſonet, prout ex Apocalypſi habemus. *Judicia tua manifeſta ſunt.* c. 15. v. 4. *Vera, & juſta judicia tua.* c. 16. v. 7. *Vera & juſta judicia ejus.* c. 19. *Juſta & vera ſunt viæ tuæ Rex ſeculorum.* c. 15. v. 3. quaſi cœlum eâ ratione compenſare velit tot querelas, quibus terra incuſat inſcrutabilia Judicia DEI, omnino excutiendo frenum, de quo locutus eſt, cùm dixit: *Laude meâ infrenabo te, ne intereas.* Iſ. 48. Itaque exemplum de cœlo, non de terra ſume, æqualiter ſemper DEUM lauda in omnibus, quæ de rebus tuis diſponit. *Semper laus ejus in ore meo,* Pſ. 33. v. 1. Lauda illum in proſperis, lauda in adverſis, & ſic DEO offeres ſacrificium laudis adeò jucundum, ut illi exultationis cauſa futurus ſis: *Exultabit ſuper te in laude.*

3. Conſidera in hac brevi ſententiâ Propheticâ tibi viam deſignari breviſſimam perveniendi ad ſanctitatem non externam tantùm ſed internam: Amare, & Laudare. In tuis operibus ſemper amandus eſt DEUS, in ſuis laudandus. Laus ſine amore eſſet affectata, amor ſine laude inſincerus. Ideo Propheta uno verſiculo utramque vocem conjunxit Amoris & Laudis, quia nunquam bene poſſunt diſjungi. Tota vita humana duobus quaſi filis texitur, eo ſcilicet, quod nos facere ſtatuimus propter DEUM, & eo, quod DEUS facere ſtatuit de nobis. In opere noſtro præcipuè DEO placet Amor, in ſuo laus. Vide autem, quoties tu modo incedas prorſus contrario. In tuis operibus pro amore DEI amas te ipſum, tuum potiùs quærendo commodum, tuũ propoſitum, quàm Divinum. In Divinis pro laude Dei ſi non incuſas ipſum, ſaltem quereris de ipſo. Quid mirum igitur, ſi in ſtatu tuo tam parum aſſequeris ſanctitatis? Culpa non eſt penes ſtatum ſed teipſum. Ecce tibi hodiernâ die glorioſam ſanctam Annam, evectam ad tam excelſum faſtigium ſanctitatis, ut Mater eſſe mereretur illius, quæ deinde fuit DEI Mater. & tamen quo modo eò eſt evecta, niſi hoc ipſo, quod hîc diximus, exercitio? toto corde amando DEUM in vita ſua privata, eúmque laudando in diuturna ſterilitate. Atque adeò, ſi tu quoque idem fideliter præſtiteris, *ſilebit Dominus in Dilectione ſuâ, exultabit ſuper te in laude.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# XXVII.

*Eſto conſentiens Adverſario tuo citò, dum es in viâ cum eo: ne tradat te Adverſarius Judici, & Judex tradat te Miniſ[tro], in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, [donec] reddas noviſſimum quadrantem.* Mat. 5. v. 25.

1. CONſidera, quis meliore ſenſu myſtico ſit Adverſarius ille, de quo juxta interpretationem ſanctorum, hoc loco ſermo eſt. Dictamen conſcientiæ eſt. & cum iſto, ait Dominus, id agendum, quod agis cum Adverſario potente, qui tecum jure diſceptat. numquid ſolicitus es, dum ille jam jam ad tribunal Judicis te trahit, ut quoad potes, debitam illi ſatisfactionem præſtes, ſive per compoſitionem, ſive per compromiſſum, ſive præſentis exhibitionem pecuniæ? Idem cum dictamine conſcientiæ faciendum. & quare? ne deinde condemneris ad ſolvendum cum omni rigore debitum, à quo haud paulò minori incommodo poteras liberari. Si hanc veritatem probè intellexeris, non tam facilè contemnes ejus juſtiſſima poſtulata.

2. Conſidera dictamen iſtud Adverſarium appellari, non quòd malè tibi velit (ſic enim potiùs diceretur inimicus) ſed quia inordinatis tuis cupiditatibus repugnat, eo fungens officio erga te, quod Angelus inconſulto Baalamo præſtitit, cùm ei dixit: *Ego veni, ut adverſarer tibi, quia perverſa eſt via tua, mihique contraria.* Num. 22. v. 23. Hic adverſarius al[iquando] vult te retrahere à malo, in [quod] præcipitas, aliàs incitare ad [bonum,] quod refugis. Ideo in utroq[ue] ſemper *adverſatur tibi*, atque [ſem]per eſt adverſarius. Quid po[rro?] ideo malè illi voles? imò ob i[d] magis amandus eſt. Melior e[ſt ami]cus, qui adverſatur, quàm in[imicus] qui adulatur. *Meliora ſunt v[ulnera] diligentis, quàm fraudulenta o[ſcula] odientis.* Prov. 27. v. 6. Inimi[cus qui] te odit, fomes eſt Concupiſcen[tiæ;] huic oportet velle malè. A[t] qui tibi adverſatur, eſt d[ictamen] Conſcientiæ; & huic opor[tet velle] bene. quodſi tamen nolis [...] adverſari; cura, ut ſatisfacia[s ...] *Adverſarium, & affige inimicum* [...] 36. v. 9. *Tolle Adverſarium* [...] ciendo dictamini conſcientiæ [...] *flige inimicum* reprimendo [...] Concupiſcentiæ.

3. Conſidera, huic adverſario [con]ſentiendum, ut ait Dominus, [...] bus nunc memoratis, videlicet [...] nendo à malo, à quo retrahit, & [...] quendo bonum, ad quod te [...] Ait autem id citò faciendum. [...] *conſentiens Adverſario tuo citò,* [...]

*in viâ cum eo.* non dicit *ſtatim*, quia ſubinde temporis aliquid ſumendum eſt ad deliberandum: ſed dicit *Cito*, ne tempus perdatur, maximè cùm accidere poſſit, ut homo conſiſtat in viæ termino, cùm in medio ſe verſari exiſtimat. Via iſta vita mortalis eſt: *Dirige in conſpectu tuo viam meam.* Pſ. 5. v. 9. in qua Adverſarius iſte benevolus nunquam comitari nos deſine. Et quid erit, ſi in tempore non acceperit ſatisfactionem? tunc ex eo, qui eſt, Adverſario benevolo convertetur in Adverſarium nimis quantum nocivum, in Accuſatorem, in Actorem, hoc enim nomen illi Græcus codex attribuit. quid ergo tibi de te videtur? numquid habet juſtæ prætenſionis contra res tuas hic Adverſarius modò dictus? quid intus tibi dictat cor tuum? an eſt boni aliquid, ad quod fruſtra te ſtimulat? Eia cito illi conſenti. *Eſto conſentiens adverſario tuo citò, dum es in viâ cum eo*, quia poſt viam nihil proderit, ſi non conſenſiſſe te doleas. Juſtiſſima, uti ſunt, dicet. *Omnia, quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur.* Eph. 5. v. 13.

4. Conſidera, quàm grave futurum ſit damnum tuum, ſi non in tempore conſenſeris, uti debebas, huic Adverſario, dum dicitur te traditurus in manus Judicis. Judex iſte Chriſtus eſt, quis neſcit? atque in hujus manus te conſignabit hic adverſarius tanquam Accuſator & Actor. quia Dictamen Conſcientiæ toties à te ſpretum ante Tribunal Chriſti quaſi reum conſtituet, nec conſtituet tantùm, ſed etiam convincet longè magis quàm alij, ita, ut in te judicando non tam aliorum quàm iſtius habenda ſit ratio. unde dubium non eſt, quin in ejus favorem ſit ferenda ſententia. & ideo nota hic modum loquendi. Dicitur, *ne fortè Adverſarius tradat te Judici:* ſed deinde non dicitur: *ne fortè Judex tradat te Miniſtro.* Dicitur: *ne fortè Adverſarius tradat te Judici*, quaſi dubitando, quia fieri poteſt, ut ſaltem ſub viæ terminum ita ſatisfacias huic Adverſario vi doloris intimi, ſummèque intenſi de pugna, quâ toties illi reſtitiſti, ut ideo non poſſit quidquam juris in te prætendere. Dein verò abſolutè dicitur, *ne Judex tradat te Miniſtro*, quia, ut Adverſarius iſte verſus eſt in Accuſatorem, in Actorem, lucratus eſt cauſam. jam non eſt dubium, ſed certum, quòd Judex te daturus ſit Miniſtro, hoc eſt Angelo Juſtitiæ miniſtro, & rurſus certum eſt, quòd iſte te ſit ducturus in carcerem tibi debitum. An non eſſet proinde error graviſſimus non opportunè conſenſiſſe huic Adverſario, cujus tanta habebitur ratio in illo ſummo tribunali, à quo ad aliud appellari non poteſt? *Eſto conſentiens* igitur, *eſto conſentiens Adverſario tuo citò, dum es in viâ cum eo, ne fortè Adverſarius tradat te Judici, & Judex tradat te Miniſtro, & mittaris in carcerem.*

5. Conſidera, quis ſit hic carcer, de quo ſermo eſt. duplex eſt, Purgatorius, & Infernus. Alterutrer iſtorum tibi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibi continget pro ratione delicti à te commiſſi, quicunque ſit, in eo integram præſtare ſolutionem neceſſe erit. audi jurantem Dominum: *Amen dico tibi: non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.* Particula *donec* aliquando admittit terminum, & id ſignificat, quod deinde futurum eſt, ut in illa Jobi ſententiâ: *Expecto, donec veniat immutatio mea.* Job. 14. v. 14. Aliàs non admittit terminum, & id ſignificat, quod nunquam futurum eſt, ut in illa altera ejuſdem Prophetæ. *Donec deficiam, non recedam ab innocentiâ meâ.* Job. 27. v. 4. Jam ergo ſi ad purgatorium iveris, equidem exibis inde, ſed non exibis, donec ſatisfeceris ad omnem juris rigorem. Si iveris ad Infernum, totâ æternitate non exibis. atque hoc eſt, quod dicitur in utroque caſu: *Non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.* Cogita duos debitores te petente carcere teneri, unum opibus pollentem, alterum decoctorem. Si dicas diviti: *Non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem*, tu dicis exiturum, at quando? cùm ſummo rigore tibi ſatisfecerit. At ſi id ipſum decoctori dicas, dicis nunquam inde exiturum, quia ad ſatisfaciendum prorſus inhabilis eſt. Idem in caſu noſtro accidit. In Purgatorio Animæ ſunt in ſtatu, quo poſſint ſatisfacere, quia habent ſortem Gratiæ, at tales non ſunt in Inferno, & ideo illæ dici poſſunt opibus pollere, iſtæ verò decoxiſſe ſubſtantiam. proinde ſi animæ in purgatorio dicatur: *non exies inde, donec reddas noviſſimum qua[...] tem*, dicitur equidem exitura [...] ſed nonniſi ſumptu & ære ſu[...] ipſum Animæ dicatur in Infern[...] citur cunctis ſeculis in eo ca[...] tura. Itaque qualiſcunque [...] de qua hîc agitur, ſive tempo[...] æterna, ô quantò major ſemp[...] quàm fuiſſet ſuſtinenda, ſi c[...] verſario tuo conſentires in [...] ſapis, conſenti, nec differ, qu[...] pus præterit. *Eſto conſentiens [...] ſario tuo citò, dum es in viâ cum [...]*

6. Conſidera quoſdam eſſe [...] lent componere cum Adverſ[...] potenti, at quo modo? cu[...] vota trahendo, quia cuperen[...] tis rationibus ſenſim inducere [...] men Conſcientiæ ad approb[...] quod eorum cupiditatibus e[...] taneum. Sed hoc fieri nequ[...] quare? quia tuum eſt eſſe c[...] & non ipſius eſſe tecum. n[...] modo loquatur Dominus: [...] *ſentiens Adverſario tuo citò, [...] viâ cum eo*, pariter dicere [...] *dum tecum ille eſt in viâ*; qu[...] men conſcientiæ in penetral[...] dis tui eſt, ſed ita dicere nolu[...] re maluit: *dum es in viâ cum [...]* telligas muneris tui eſſe, ut [...] quaris, & non ipſius, ut te lo[...] O quoties quaſi bolo objecto [...] illud divertere, aut ſaltem ſ[...] clamet, & debiti te admone[...] ſtultè agis, hoc modo: *Qui [...] aures ſuas, ne audiat legem, [...] erit execrabilis.* Prov. 28. v. 9. [...] go nihil proderit eum ſecum[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DEO, qui ſtudio aures ſuas declinavent, ne audiat dictamen conſcientiæ, adeò ejus oratio erit execrabilis; quid illi fiet, qui etiam juſſit obmuteſcere illud prævertendo? remorſus Conſcientiæ, qui propriè is eſt, qui clamat deſignato jam opere, faciliùs poteſt negligi, ab ijs maximè, qui Conſcientiæ ſunt timidæ, vel puſillæ, ne ſcrupulis dent locum; at dictamen, quod priùs clamat, ſemper audiendum eſt ſaltem ad ſumendum deliberandi ſpatium. tantóque magis audiendum eſt, quantò clamat fortiùs, quia clariùs tunc conſtat ſubeſſe cauſam.

## XXVIII.

*Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex totâ mente tuâ, & ex totâ virtute tuâ. Hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi. Diliges proximum tuum, tanquam te ipſum.* Mar. 12. v. 31.

1. CONſidera, quid DEUS à te requirat, cùm dicit: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.* Vult imprimis te ipſi adhærere *ex toto corde tuo*, hoc eſt totâ voluntate tuâ: hæc enim inter partes hominis imperium obtinet; ideo herili nomine cordis appellatur. *Prabe fili mi cor tuum mihi.* Prov. 23. v. 26. Vult deinde, quò perfectiùs id præſtes, & actu tam interno quàm externo, vocari in auxilium primò omnes appetitus inferiores, qui tanquam rebelles videntur potiùs inclinare ad amorem ejuſmodi conturbandum: deinde omnia membra corporis linguam, oculos, aures, manus &c. Appetitus hic comprehenduntur univerſim nomine animæ, *ex totâ animâ tuâ*: membra nomine virium: *ex totâ virtute tuâ*, ſed quia id facilè conſequi non potes, niſi intellectus, qui eſt pars adeò principalis, conſentiat, jubet in ſocietatem vocare etiã Intellectũ cum omnibus facultatibus ſuis: atq; hoc eſt, quod mentẽ nominat, *ex totâ mente tuâ*, ut vox ipſa omnes comprehendat. Jam verò ſi id Dominus tibi præcipit, macte animi, quia hoc ipſo actu ſe obligat ad dandas tibi vires exequendi, atque ideo executioni moram nullam interpone. Voluntas tua tota permittatur DEO. Appetitus tui non accipiant legem niſi à DEO: ſi deſideres aliquid, fac deſideres uniri DEO: ſi gaudeas, gaude de honore divino; ſi triſteris, triſtare de offenſa Dei; ſi timeas, time gratiæ jacturã, & ſic de ceteris. Mẽbra tua, quotquot ſunt, impendantur in procurando majore obſequio Divino: atque in DEO defixa ſit tota mens tua, ita ut, ſi ſtudeas, ſi ſpeculeris, omnia tendant ad inveniendum modum, quo magis placere DEO poſſis. Hoc eſt im-

implere præceptum, quod hoc loco imponit, dum ait: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.*

2. Conſidera præceptum iſtud nunquam perfectè impleri ſuper terram, impleri in Cœlo. Sed non ideo debes deſpondere animum. quia notandum eſt illi, qui dat præceptum, duo eſſe propoſita: primum eſt obtinere finem præcepti, alterum obtinere eos actus, qui velut media conducunt ad finem. Sic explico. Dux exercitûs, dum militibus præcipit, ut urbis certum munimentum, exempli causâ, unam Lunulam occupent, quid ſpectat? Spectat expugnationem munimenti, qui eſt finis præcepti, & ſpectat operationes, quæ ad eam conducunt juxta leges militares, ſeu media conſequendi hunc finem. Jam qui obtinet etiam finem præcepti, perfectè implet præceptum, atque ita in bello Ducis ſui voluntatem perfectè adimplet, qui munimentum expugnat. qui etiam non obtinet finem præcepti, ita tamen ſe gerit, ut, quoad poteſt, juxta diſciplinam militarem ad eum obtinendum procedat, equidem perfectè præceptum non implet, ſed nihil refert; tantum præſtat, quantum ſufficit, ne ſit reus, imò ut ſit omnino laude dignus, uti miles ille, qui etſi munimentum non occupet, ex parte ſua legum militarium nihil omiſit. His poſitis; Dominus hoc præcepto, quod imponit, cùm dicit: *Diliges &c.* duo ſpectat, primò finem præcepti, hoc eſt, ut te illi totum conjungas tanquam ultimo tuo fini: dein operationes, quæ ad hoc conducunt [...] dia, exactam ſcilicet legis [...] vantiam. Certum eſt ſuper[...] non poſſe conſequi perfectè [...] nem, cùm id illi ſtatui reſer[...] quo DEUS *erit omnia in omni[...]* nihil ſanè refert: ſufficit te [...] præſcripto regularum, quas [...] ad obtinendum hunc finem. [...] quæras, cur ergo DEUS volu[...] mulgare præceptum verbis tam [...] tè requirentibus, ut *amemus [...] corde, ex totâ animâ, ex totâ [...] & ex tota mente*, quod exequ[...] ctè niſi in cœlo nemo poſſit, [...] alijs, quæ ſint nobis ſolis acc[...] ta. Eadem eſt ratio, quæ Du[...] cipientis militibus occupare [...] quod certè non eſt in eorum [...] Voluit Dominus conſtare tibi, [...] la tua dirigeres, quæ ſunt ope[...] Id verò quomodo conſtaret, [...] ſignaret ſcopum? atque hic [...] noſtro uniri DEO perfectiſſim[...] re, qualis eſt ille Beatorum [...] at cùm notus ſit tibi ſcopus [...] clarus, vide tantiſper, an [...] verè colliment, an è contrario [...] deflectant. *Sagitta Jonathæ [...] rediit retrorſum.* 2. Reg. 1. v. 22.

3. Conſidera, quàm merito [...] à te exigat, ut ipſum diligas qu[...] potes modo jam dicto, hoc eſt [...] to. Ipſe DEUS tuus eſt, atque [...] finis tuus ultimus. & talis cum [...] nónne æquiſſimum eſt, ut [...] totum ejus amori impendas? [...] aſpice, qui pro ultimo fine, [...] DEO ſuo pecuniam ſtatuit: [...]

tem ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, ut interirent.* Oſ. 8. v. 4. ô quomodo ſe totum impendit amori pecuniæ! amat illam *ex toto corde ſuo,* quia ejus voluntas aliud non deſiderat. eâ ſolâ contenta eſt, & mille ſe privat commodis, quę poſſet conſequi, ſi non pigeret expendere. Amat *ex totâ animâ*, quia ejus cupiditates ad aliud non ſerviunt: ſi indignatur, illi indignatur, qui litem movet de pecunia: ſi lætatur, non lætatur niſi cùm nanciſcitur pecuniam, non triſtatur, niſi cum perdit pecuniam, non invidet, niſi illi, qui plùs habet pecuniæ. Amat *ex totâ virtute ſuâ*, quia nihil eſt, in quo membra ejus tam impigrè ſerviant, non curant aquas, non flammas ferent. maximè verò amat *ex totâ mente ſuâ*, quia in hoc mens ejus fideliſſimam præſtat operam. quantum ſpeculatur! quantum ſtudet! non ceſſat artes excogitare & modos faciendi lucra. Jam ſi pro DEO tam falſo, qualis eſt pecunia, homo ſe totum poteſt impendere eâ ratione, quâ diximus, quidni idem poſſit pro DEO vero? quod ſi poſſit, æquum omnino eſt, ut faciat. Ideo in imponendo tam ſingulari præcepto non ſatis illi erat dicere: *Diliges Dominum tuum*, ſed disertè adjungere voluit *DEUM*, quia, ſi ut DEUS ultimus eſt finis tuus, nónne rationi conſentaneum eſt, te toto, quantus es, diligere? Avarus tantopere amat ſuam illam pecuniam, quia credit in illa ſe habere virtualiter omne bonum, quamvis reipsâ nullum habeat. *Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.* Eccl. 5. v. 9. & quomodo non poſſis tantundem, imò etiam magis amare DEUM, in quo reipsâ eſt omne bonum?

4. Conſidera hoc ipſo exemplo dari tibi regulam in ejuſmodi amore ſervandam, & declarari. qualis eſt amor ultimo fini debitus? eſt amor, quo illum omnibus anteponas. atque hoc eſt, quod Dominus præcipit, cùm dicit: *Diliges Dominum DEUM tuum.* Inſtar Avari agere te oportet, qui & ſibi & alijs multa tribuit, modò nulla interveniat pecuniæ jactura. Id, cui primo loco cavendum eſt, finis eſt ultimus. Huic honori, quem Avarus habet pecuniæ ſuæ, eam omnibus præferendo, jungi etiam ſolet amor, ut loquimur, formalis, conſiſtens in amanda pecunia propter ipſam pecuniam, qui eſt ſoli proprius Avaro, & non propter alium effectum ſaltem principalem. atque iſte etiam eſt amor, quem DEO debes, ſi amare illum velis ut finem tuum ultimum. amandus eſt propter ſe. nam ſi amares ad effugiendam pœnam, quæ manet non amantes; ſi amares tantùm ad obtinendum præmium, quod datur amantibus, neutiquam ſufficeret, nam per hunc ipſum actum non præferres illum omnibus, ſed præmio & pœnæ poſthaberes. Poteſt equidem tam præmium quàm pœna te ſtimulare, ut magis ames, ſed non ut ames. Imò obligaris ſæpiùs in vita elicere talem actum explicitum amoris *ſuper omnia.* Explicitum, inquam, quia negari non poteſt, ejuſmo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

di actum in obſervantia reliquorum mandatorum *virtualiter* contineri: unde Chriſtus ajebat: *Qui habet mandata mea, & ſervat, ille eſt, qui diligit me.* at non continetur *formaliter*, ut idcirco fortè Chriſtus non dixerit: *Diligit*, ſed *ille eſt, qui diligit*, quaſi denotando, talem obſervantiam eſſe quidem indicium ejus amoris, ſed non ipſum formaliter amorem: cùm certum omnino ſit hos actus amoris impliciti, qui non diſtinguuntur ab obſervantia dictorum mandatorum, potiùs eſſe actus obedientiæ, & obſequij erga DEUM ut Dominum, quàm amoris erga DEUM ut finem ultimū. & tamen indubitatum eſt, etiam ad hos nos obligari, quia jam eſt ſententia damnata tueri oppoſitum. Verum eſt, uti præcepta affirmativa non obligant quovis puncto temporis, ſed in debitis circumſtantijs, ut[...] Confeſſionis, ſacræ Commun[...] Eleemoſynæ præcepta, ita de[...] tiendum, quod nos obliget ad[...] iſtos explicitos Amoris *ſuper*[...] quos diximus. quæ autem ſunt[...] circumſtantiæ? meâ ſententiâ[...] potes frequentiſſimè, *Diliges*[...] *num DEUM tuum &c.* Vides[...] num non determinare tibi temp[...] ſit in lege Jejunij, Confeſſionis, [...] munionis, Eleemoſynæ, & alio[...] modi, quia nullum tempus[...] ne ab amoris debito. Ceteris[...] bus convenit dictum illud: [...] *tempus habent*: huic ſoli non co[...] atque hoc ſufficiat in præſens[...] claratione ſententiæ, quæ cum[...] nium, quas habeat ſcriptura, p[...] tiſſima meritò non unam medi[...] pro ſui cognitione depoſcit.

## XXIX.

***Diliges Dominum DEUM tuum &c. Hoc eſt primum Mandatum[...]*** Mar. 12. v. 31.

1. CONſidera, quomodo præceptum die antecedenti à nobis explicatum dicatur primum: *Hoc eſt primum mandatum*: & id quidem triplici ex capite. I. quia primum eſt in intentione ejus, qui dat legem. Iſtud eſt præceptum, ad quod alia omnia diriguntur. *finis præcepti eſt charitas.* 1. Tim. 1. & per conſequens primum eſt in intentione, quia finis aliorum. II. quia eſt primum in obligatione ejus, qui legem accipit. quippe[...] incumbit obſervare cetera præ[...] quia ad iſtud referuntur, longè[...] illi incumbet hoc obſervare, ad[...] illa referuntur. III. quia prim[...] ordine dignitatis inter cetera, [...] conſtituunt Legem, & quodnam[...] inveniri poſſit magis proportion[...] nobilitati animi humani? Illud[...] que nobiliſſimum eſt, quod[...] libertatem offendit. & tale [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Illud eſt: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.* quia hoc ſolum non venit in numerum præceptorum, quæ ab invitis adimplentur. Cetera præcepta non furandi, non adulterandi, non occidendi &c. ſunt ex genere ſuo magis ſervilia, quia impleri poſſunt ſolo timore ſupplicii, quod tranſgreſſoribus ſtatutum eſt. non ita hoc præceptum. Eſt enim præceptum amandi, quod proinde nonniſi amando impletur. ſi times, quod timeas, jam non amas, atque adeò non adimples præceptum. Non eſt actus magis voluntarius amore, adeóque nec herilis magis. quo poſito, quis non videt dignitate primum eſſe: *Hoc eſt primum mandatum.* ſi non eſt actus magis herilis, quàm ſit amor, ergo nec præceptum, quod requirit hunc actum. Tu interim pro voluntate tuâ nota, quantam injuriam DEO facias actum ejuſmodi illi ſubtrahendo, ut eum tribuas viliſſimis terræ quiſquiliis! Aliud profectò non merens, quàm ut ille quemadmodum ſerpenti id infligat pro pœna, quod ſponte tuâ facis, nempe ne unquam pectus de terra leves. *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Apoc. 22. v. 11. ſi Dominus non tam disertè præcepiſſet amorem, ſummis precibus eſſet exorandus, ut eam tibi daret licentiam, tanta illius eſt dignitas. quâ igitur ratione non diliges, etiam poſtquam præcepit dicens; *Diliges, &c.*

2. Conſidera, quemadmodum præceptum iſtud primum eſt ordine dignitatis, quam obtinet, *primum mandatum*, ita primum quoque eſſe delectatione, quam affert. nam ſi Amor eſt, qui condit & mitigat, quidquid reliquis ineſt auſteri, quomodo ipſe carebit ſtillâ ſuavitatis? explicari non poteſt, quantum amando DEO delectetur voluntas. delectatur laudando, delectatur honorando, delectatur obediendo, ſed ſine comparatione magis delectatur amando. cauſam accipe. omnis delectatio provenit ex proportione inter *potentiam & objectum*, quis neſcit? ſed hoc nõ ſufficit: præterea requiritur unio, ita, ut quò iſta eſt arctior, eò etiam delectatio major exiſtat. Id in cibo videre eſt, qui ſine dubio ſapit palato, ob proportionem, quæ inter utrumque intercedit, ſed quando ſapit maximè? cùm palatum cibum ſibi arctiùs conjungit, eum debito modo maſticando, nec obiter ſolùm guſtat, & rurſus expuit. Jam verò certiſſimum eſt objectum magis proportionatum voluntati inveniri non poſſe præter DEUM, qui cibus eſt, qui paſcit, ſed non ſatiat. certiſſimum quoque eſt potentiam magis proportionatam DEO inveniri non poſſe præter voluntatem humanam, quæ eſt palatum, quod equidem paſcitur, ſed non ſatiatur. unde neceſſe eſt arctiſſimam unionem talis potentiæ cum tali objecto ſine dubio maximum afferre guſtum ſuavitatis. Talis autem eſt, quem Amor facit. Tu non expertus, an ita ſit: ſed interroga tot Sanctos, qui ſunt experti. O quomodo illorum quiſque dicturus eſt: *Fructus ejus dulcis gutturi meo!* Cantic. 2. v. 3. ſi non experitis, id neque ab

 ob-

objecto provenire poteſt, neque à potentià. unde ergo? à defectu unionis requiſitæ. te ipſum impende exercitio amoris, impende contemplationi, impende compunctioni, & videbis. tu verò vix guſtas cibum, & reſpuis. *Fructus ejus dulcis gutturi meo*: non ait *labiis meis*, ait *gutturi meo*.

3. Conſidera, quemadmodum præceptum iſtud primum eſt dignitate, & ſuavitate, ita primum quoque eſſe utilitate. cauſa eſt, quia merces, quæ dari ſolet exequentibus, quæſtus potius quàm lucrum dicenda videtur. Ratio exigeret nos potiùs debitores eſſe Deo, quod dignetur nos admittere ad amãdum, quàm DEUM nobis, ſi illum amare ſtatuamus. Ecce igitur grande beneficium, quod DEUS nobis præſtitit, cùm dixit: *Diliges Dominum DEUM tuum &c.* fecit, ut hic amor eſſet lege præſcriptus: *Mandatum*: atque ita ſecuros reddidit hunc amorem fore apud ipſum meritoriũ mercedis, de quo priùs meritò dubitari poſſe videbatur. In ſtatu Religioſo certi ſumus non abſque merito futurum, ſi ambulemus, ſi converſemur, ſi cibum vel ſomnum capiamus: quare? quia fiunt iſta ex obedientiæ præſcripto. Ita poſt hoc præceptum: *Diliges &c.* factum eſt meritorium amare, quia amando obedimus. ceterùm quæ merces debebatur ex natura rei amanti ſummum Bonum? & tamen faxit DEUS, ut etiam urgente præcepto vel ſic ames!

4. Conſidera rem eſſe planè obſtupeſcendam, quòd non tu ſolùm, ſed

tanta pars hominum tam ſegni
adimplendo præcepto, quod o-
mnibus antecedit in quocunque
nere *primum mandatum*. Ve
non poſſe hîc perfectè adimple
ut meditatione præcedenti
ſed neque ſatagit adimplere, q
poteſt, ea applicando media, q
ducunt; unde excuſationem
bet: quæ autem ſunt hæc media
cipuum hoc eſt, profundâ cog
penetrare tantum Bonum, c
nobis præcipitur. Beati Cœl
cognoſcunt *facie ad faciem*: &
tantum amant. nobis laborand
ut ſaltem eminus cognoſcamus
*latores facti illius magnitudinis*.
16. Iſtud igitur juxta condition
tûs tuum eſto ſtudium: *ſtatue ti*
*culam*. Jer. 31. v. 21. cognoſce &
bis. ceterùm etiam procul
quam amabilis eſt. Quæ ab
creata ſunt, continuò dicunt
mes. Cœlum cum ſtellis ſu
bus quid dicit? dicit, ut ames: *Dili-*
*ges Dominum DEUM tuum &c.*
dicit aër, hoc aqua, hoc terra,
faciunt res omnes ab eo condita,
quòd identidem hoc præceptum
culcent: *Diliges Dominum DE-*
*tuum*. ſi non audias, inde eſt,
non attendas. ſi attenderes, no
ret imitari virum illum ſanctum
inambulans baculo ſubinde fe
herbas, ſaxa, ſtirpes, & flores arbo
jubebátque, ne tam clarâ voce c
rent, ut amet, nam ſe illi ferendæ
imparem. neceſſe igitur te oppid
gum ac diſtractum eſſe, ſi non

po

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

porrò ſi audis, & non reſpondes; quid eſt? dicam tibi, quod olim Satanas dicebat ex ore energumeni interrogatus, quis eſſet. Ego ſum, inquiebat, ſed triſte ingemiſcens, ego ſum illa creatura expers amoris, nec aliud appoſuit.

* * *

# XXX.

*Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum tanquam teipſum.* Mar. 12. v. 31.

1. CONſidera, quàm ſublime ſit hoc præceptum amandi proximum, quod cum ſit ſecundum, nihilominus dicitur ſimile primo, illi, inquam, de DEO amando, de quo prioribus meditationibus egimus. *ſecundum autem ſimile eſt illi.* ſi ſcire deſideres, cur primo ſimile dicatur, ecce capita compendio perſtricta. I. quia obligat ut primum. amare DEUM non eſt tantum utilitatis, uti ſunt voluntaria Paupertas, aut puritas Virginea, ſed neceſſitatis. & ideo non poteſt tantùm præſcribi ad modum conſilii, ſed vim habet præcepti. ſic pariter amare proximum. *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* Jo. 15. II. quia Divinum eſt ſicut primum. Amare DEUM non eſt humanæ præceptionis, ſed Divinæ. *In dextera ejus ignea lex.* Deut. 33. v. 2. & ſic etiam amare proximum. *Hoc mandatum habemus à DEO, ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.* 1. Joh, 2. non dicit *ab homine*, dicit *à DEO.* atque ideo tali præcepto debent cedere omnes diſpoſitiones humanæ, omnes ritus, conſuetudines, & traditiones, quando illi directè vel indirectè adverſantur. *Obedire oportet DEO magis quàm hominibus.* Actor. 5. v. 29. III. quia morale eſt, ſicut primum. Amare DEum non ſpectat ad Ceremonialia, quæ ſunt abrogata à Chriſto in lege ſua: nec ad Judicialia, quæ ſunt mitigata, ſed ad moralia, quæ ſunt confirmata. & ſic pariter amare proximum: unde Chriſtus magnam partem ſermonis in monte impendit, ut id liberaret à ſiniſtris interpretationibus, quæ ſunt factæ, ut perficeret, ut promoveret: adeò ut poſtremis vitæ ſuæ diebus poſſet nominare præceptum novum ob formulam pulcherrimam, quam illi dedit non doctrinâ duntaxat, ſed exemplo. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* Jo. 15. IV. quia eſt naturale, ut primum. Amare DEum non eſt præceptum Divinum poſitivum, ſicut eſt Baptiſmi præceptum: eſt naturale; quia natura dictat amandum eſſe à quolibet Patrē illũ magnũ & propriũ. & ſic pariter amare proximũ, quia natura quoq; dictat à quolibet amandũ propriũ fratrē. *Omne animal diligit ſimile ſibi.* Eccl. 13. 19. atq; ideo amare proximũ non eſt eatenus bonum, quatenus eſt præcep-

tum,

tum, ſed eatenus eſt præceptum, quatenus eſt bonum. V. quia eſt abſolutum, ut primum. Amare DEUM non eſt præceptum conditionatum, ſicut illud Pœnitētiæ, quod injungitur, ſi præceſſit peccatum, ſed eſt abſolutū. & ſic etiam amare proximum, unde ſuſpendi nequit ut illud Pœnitentiæ, ſed per ſe ſtringit, quidquid antecedat. *Hæc eſt annunciatio, quam audiſtis, ab initio, ut diligatis alterutrum.* 1. Jo. 3. v. 11. VI. quia eſt affirmativum, ut primum. Amare DEum non eſt præceptum negativum, ſicut illud non aſſumendi nomen ejus in vanum, ſed eſt affirmativum, quia injungit aliquid boni, & ſic verè eſt præceptum: non vetat aliquid mali, quæ eſt mera prohibitio. & ſic pariter amare proximū. unde præceptum eſt præſtantius omnibus negativis, cùm plùs ſit facere bonum, quàm non facere malum. Taceo, quòd in Negativo non includitur affirmativum, at in affirmativo negativum continetur. atque hinc, qui tibi præcipit, ne oderis: *non oderis fratrem tuum in corde tuo*; non idcirco mandat, ut ames: at qui præcipit, ut ames, etiam præcipit, ne oderis: *Dilectio proximi malum non operatur.* Rom. 13. v. 10. VII. quia eſt univerſale ſicut primum. Amare DEUM non eſt præceptum particulare, & quod obliget unum ſexum præ alio, unum ſtatum, aut populum præ alio. eſt univerſale, quod ad omnes gentes extēditur. & ſic pariter amare proximū: *Qui non diligit, manet in morte.* 1. Jo. 3. nec ſolùm eſt univerſale, quia datū eſt

omnibus, ſed quia datū de omni...
cut omnes debēt amare, ita om...
bene amari, nec inimicis excep...
*tum mandatum tuum nimis.* ...
VIII. quia Lucidum eſt ...
præceptum amandi DEum ...
ſideres, explicatione opus ...
unde rudes ſæpe melius ...
quàm valde litterati. & ſic pari...
ceptum amandi proximum ...
*tum Domini lucidum, illuminans* ...
Pſ. 18. *Præceptum Domini* ...
antonomaſiam præceptum ...
nis, quis ignorat? jam iſtud ...
illuminat oculos; quia, qui ...
ſæpe plurimis indiget docum...
diſcendas perfectæ amicitiæ ...
non ita, qui amat. amor ipſe ...
luminat: *Qui diligit fratrem* ...
*lumine manet.* 1. Jo. 2. IX. ...
perpetuum, ſicut primum. ...
amandi DEum non datur ...
ſed eſt æternum: unde nu...
finitur: *Charitas non excidit* ...
13. ſic pariter præceptum ama...
ximum, quia ita eo ſtringimur ...
ut neque ſolvamur in patria ...
*tempore diligit, qui amicus eſt.* ...
Itaque ſi de tā nobili præce...
hoc eſt, aliud non nôſſes ...
quæ hîc memoravimus, nunqu...
nino ſatis iſta forent ad eju...
excitandum? ecce quantæ ...
prærogativæ! & tu non æſtim...
ceptum amandi proximum eſt ...
mile alteri de amando DEO, ...
*li,* ut ſint duo gemelli uno pa...
& eatenus præceptum amandi ...
dicitur primum, & præceptum ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

d proximum dicitur ſecundum, quatenus proximus amandus eſt propter DEum, & non DEus propter proximũ. Ceterùm ita ſunt inter ſe conjuncti, ut dividi nunquam poſſint. Non potes amare proximum, niſi DEUM ames, nec amare DEum, quin ames proximum: & ideo etiam pluſquam gemelli ſunt, quia gemelli equidem naſcuntur ſimul, ſed non ideo neceſſe eſt eos ſimul mori, cùm è contrario amores iſti talis ſint indolis, ut unus vivere ſine altero non poſſit.

2. Conſidera, quid ſit aliquem amare. eſt velle ipſi bene. tunc ergo amabis proximum tuum, cùm illi bene voles tam quoad ea, quæ ad animam ſpectant, quàm quæ ad corpus pertinent. & tunc amabis ſicut te ipſum, cùm illi voles ut tibi. id, quod intelligit Dominus, cùm ait: *Diliges proximum tuum, tanquam te ipſum.* unde tres colliges ſequelas utiles, & ordinatas ad executionem præcepti, quod eſt tanti momenti, & omnes fundantur in verbis ſupradictis. Prima eſt, te non poſſe ex amore proximi ipſi in re ulla obſecundare, quæ rationi & æquitati minus congruat. quia ſi hoc agas, illum non amas, ſed maximo habes odio, quia vis illi malum, quod quotidie dæmones procurant, hoſtes ejus capitales, ſcilicet peccatum. & hoc poſito non ſolùm tunc non imples præceptum, ſed violas directè, quia jubet Dominus velle bene tuo proximo: *Diliges*: tu verò non ſolùm illi bene non vis, ſed malè inſtar Diaboli. Altera eſt, debere te proximo tuo velle bene propter ipſum. Proinde ſi ames proximum, quia ejus converſatio tibi grata eſt, vel quia utilitatem affert reciprocam, ſi præceptum non violas, certè non adimples, quia *diligis voluptatem tuam, diligis utilitatem tuam*, & conſequenter *te diligis*, non *diligis proximum tuum*, cùm dicat Dominus: *Diliges proximum.* nôſſe cupis, quomodo in hoc caſu ames tuum proximum? amas ut ſervum, non ut proximum, quia propter te ipſum amas. & Dominus uſurpare voluit expreſsè nomen proximi, ut intelligas eum amandum ut proximum, adeóque ut parem, non ut ſervum, quia ſi eſt tibi proximus, in eodem gradu tecum conſtituitur, hoc eſt, in gradu, quo poſſit etiam ipſe tecum conſequi beatitudinem æternam. qualiſcunque ſit aliàs, magnus, an parvus, popularis, an extraneus, pius an ſceleratus, benevolus, an inimicus, nihil ſanè refert, ſicut in Paradiſo conſors eſſe poteſt, ita eſt proximus tuus, hoc ſancti nos docent. Tertia eſt, te non debere proximo velle bene voluntate frigidâ, ſtupidâ, otioſâ, quæ potiùs *Velleitas* dici ſolet, quia ſi ſic diligas, non diligis *tanquam te ipſum*, hoc eſt, non diligis *in charitate non ficta.* 2. Cor. 6. putáſne te contentum fore reſpectu tui ſterili deſiderio? imò verò quanto ſtudio id procuras, quod tibi proficuum arbitraris! *Intellige quæ ſunt proximi tui, ex te ipſo.* Eccl. 31. v. 18. aliàs credere quidem potes te obſervare hoc præceptum ob intentionem illam bonam, quam intus in corde habes, ſed non obſervas, quia

intentio non tranſit ad actum. *Vana locuti ſunt unusquisque ad proximum ſuum.* Pſ. 11. v. 3. Itaque à primo ad ultimum ſi bene perpendas, clarè videbis pauciſſimos in hoc orbe terrarum adimplere præceptum. quia multi amant proximum amore pernicioſo, & ſic oderunt, cùm ſe amare exiſtimant. Multi eum amant amore quæſtuoſo, atque ita ſe amant, & non proximum. Plurimi amant amore mortuo potiùs quàm vivo, quia pro illa nolunt operari, nolunt laborare, nolunt quidquam expendere, vel ſibi incommodum creare, & conſequenter non amant ut ſe ipſos, hoc eſt, cum alacritate, ardore, efficacia, … quaſi rem ad ſe minimè pertinentem … hoc eſt, modo prorſus inani … men non dicit Dominus: *Diliges proximum tanquam aliquid tui*, … *quam te ipſum.* numquid hæc … materia doloris? Ecce quò … reducitur pulcherrima lex … ritatis! ut innumeri ſint, qui … ra transgrediantur, pauciſſimi … ſervent. *Beatus, qui invenit …* *verum.* Eccl. 25. & tamen hæc … quæ tantum valet, quantum … amandi DEUM. *Maius horum … mandatum non eſt.* Mar. 12. …

* * *

## XXXI.

# S. Ignatius Patriarcha.

*Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, … gloriam, quæ à ſolo DEO eſt, non quæritis?* Jo. 5. v. 44.

1. CONſidera, quantum damni tibi afferat cupiditas gloriæ humanæ. non ſolùm impedit, ſed quaſi impoſſibilem reddit fidem. *Quomodo vos poteſtis credere*, inquit Chriſtus, *qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo DEO eſt, non quæritis?* fides, ut talis ſit, qualem eſſe convenit, vera ſimul eſſe debet & viva. Qui hoc credit, quod docet Eccleſia, etſi non operetur juxta id, quod credit, habet nihilominus fidem veram, quia falſa penes Ethnicos, & hæreticos eſt: ſed non ideo habet fidem vivam, quia non operatur. *Fides ſine operibus mortua eſt.* Qui operatur, non ſolùm … veram, ſed vivam fidem, quæ … non eſt cadaveris. Jam verò … tus gloriæ humanæ ſummè … habilem ad utramque fidem. *… ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare à …* Eccl. 10. v. 14. Cùm hæc cupiditas … nimia eſt, nec ſimplicem relinquit … ram fidem, quia fides requirit … ctum docilem, qui non tantum … ſinat ſed captivari in obſequium … & ambitio, quæ eſt cupiditas gloriæ humanæ, eum facit ſuperbum, …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nacem, obſtinatum, adeò ut ſi quis etiam inter Catholicos tacitè ſubire poſſet animum non unius ex his inſanis ambitioſis, deprehenderet revera nullam ipſis ineſſe fidem: quippe qui de certis articulis moleſtioribus, quales ſunt de immortalitate animæ, & alii hujuſmodi, ſi eos non omnino negant, ſaltem dubitant. & ſi de his dubitant, jam non habent amplius ullam fidem, quia ad hanc amittendam ſatis eſt dubitare de eo, quod docet: neceſſe non eſt id expreſsè negare. atque ut iſta cupiditas tanta non ſit, ſaltem valde reddit inhabilem ad fidem vivam, quoad operandum, ut decet Chriſtianum, ad condonandas injurias, ad continentiam ſervandam, ad cedendum, ad humiliandum ſe ipſum, neceſſe eſt ſæpe multos ſuperare reſpectus humanos, ſpernere approbationes, cōtemnere applauſus, imò graviſſimis ſe objicere dicteriis. Id autem quomodo facere poterit, qui in corde ſuo non omnino dejecit hoc Idolum Gloriæ, & ſi non adorat, ſaltem habet in pretio. *Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum* (dicebat Joannes) *ſed propter Phariſæos non confitebantur.* & quæ cauſa fuit? *Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam DEI.* Jo.12. Vide ergo, quantum interſit non ſolùm proſterni hoc Ambitionis ſimulacrum, ſed comminui, ut de eo nec memoria ſuperſit. *Mihi quidem pro minimo eſt, ut à vobis judicer.* non *pro parvo*, non, ſed *pro minimo.* 1.Cor.4.v.3. Arca Legis, quæ eſt ſymbolum fidei non ſolùm veræ, ſed vivæ, conciliari nunquam poteſt cum ejuſmodi Idolo. aut illud proſternit, aut ab eo pulſa diſcedit.

2. Conſidera, quanta ſit dementia illorum miſerorum, qui amant gloriā, quæ venit ab hominibus, quia iſta impedit ſaltem magnâ ex parte, quò minùs gloriam, quæ eſt à DEO, conſequantur. & tamen quænam è duabus æſtimationem meretur? an illa, quæ eſt ab hominibus: nequaquam: ſed illa, quæ à DEO eſt. iſta quippe fundatur in merito, & ita ſolida eſt; illa verò in opinione, & ſic non modò ſolida non eſt, ſed frivola. Opinio, quam de te habent homines, tres patitur defectus, qui eam faciunt omnino contemptibilem. Primus eſt, quòd illa de re plerumque formare non poſſit æquam æſtimationem, & ſi poſſit, non velit. *Chanaan in manu ejus ſtatera doloſa. calumniam dilexit.* Abac.1.v.16. Alter eſt, quòd ſit oppidò incertum, an eam ſis obtenturus. unde ſæpe *repletus es ignominiâ pro gloria.* Tertius eſt, quòd etiam obtenta ſit valde inſtabilis: unde ſequitur: *& vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam.* Abac.1.v.16. hinc notatu dignum eſt, quomodo hoc loco Chriſtus loquatur. dicit, non ſolùm ab hominibus non procurandam eſſe laudē, ſed nec acceptandam, cùm eam offerunt. & rurſus dicit, à DEO non ſolùm libentiſſimè acceptandam, ſed etiam procurandam. *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo DEO eſt, non quæritis?* cùm loqueretur de laude, quę eſt ab hominibus, dixit, *accipitis*: quia

ipſa acceptatio non eſt abſque gravi damno. cùm loqueretur de illa, quæ à DEO eſt, dixit: *non quæritis*, quia illam etiam non procurare, grave nocumentum affert. & tamen faxit DEUS, ut tu non ſæpe facias contrarium: ut non procures illam, quæ eſt ab hominibus, & alteram nec cures quidem, quæ eſt à DEO, bonum ſcilicet conſcientiæ teſtimonium. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium bonæ conſcientiæ.* 1. Cor. 2.

3. Conſidera multos eſſe, qui curant laudari à DEO, imò id etiam procurant, *accipiunt, & quærunt.* ſed non ſine deſiderio, ut eodem tempore laudentur ab hominibus. Hoc DEO diſplicet, atque ideirco dicebat Chriſtus: *& gloriam, quæ à ſolo DEO eſt, non quæritis.* non dixit *à DEO*, ſed *à ſolo DEO*: quia in hoc denique vera virtus conſiſtit, quòd quis contentus ſit, ſi placeat ſoli DEO. *Gloriemur in laude tua.* Pſ. 105. Cùm placere DEO non infert neceſſitatem diſplicendi hominibus, multi ſunt, qui hoc curant, atque etiam procurant. at quando hanc infert, tunc enimverò adduci nequeunt, ut curent. Quis ergo explicet, quàm vili loco tibi ſit gloria, quæ à DEO eſt, ſi fueris de numero eorum, quibus non ſufficit placere DEO, niſi etiam hominibus placeant. Si Generalis ductor exercitûs te laudat præſentibus omnibus militaribus copijs, tanquam militem generoſum, an multum tuâ refert, quid dicat calonum turba, quæ manet ad ſarcinas? ô ſi ſcires, quid ſit habere gloriam coram DEO! *ſuper* [illegible] *bit te populus fortis.* Iſa. [illegible] poteſt ille te laudare, quem [illegible] dent innumeræ Angelorum [illegible] qui multitudine ſuperant [illegible] mos, & arenas aquæ. quantò [illegible] omnes Apoſtoli, Patriarchæ, [illegible] tæ, martyres, & omnes Sancti ctæque Cœlites: verbo quam [illegible] te laudent, qui continuò ejus [illegible] contemplantur, quorum [illegible] numerus: *Populus fortis*, [illegible] tantùm, ſed ſenſatus, ſed [illegible] ſed nobiliſſimus, ita ut [illegible] populus, ſed numero tantùm, [illegible] rà ſit populus Monarcharum. [illegible] penſi habes, quid contra [illegible] circulus de fæce hominum [illegible] tantium? quid autem aliud [illegible] ræ homines coram DEO, [illegible] li ſeu quiſquiliæ viliſſimæ? [illegible] tanti ſunt. *Omnes gentes*, [illegible] *ſint, ſic ſunt coram eo.* Iſ. 40. [illegible] Non eſt igitur alia differentia, [illegible] quòd æſtimatio hominum [illegible] nifeſta, atque ideo movet; [illegible] tio DEI ſit occulta, & ideo [illegible] te rapiat. Quidſi autem [illegible] certior quàm manifeſta? [illegible] certa per fidem, manifeſta per [illegible] rentiam. Aſſueſce igitur non [illegible] in pretio habere gloriam, quæ [illegible] cognoſcitur ad lumen fidei, quæ eſt vera. *Ut placeam coram DEO in lumine viventium*, non *coram hominibus in lumine mortuorum.* Pſ. 55. [illegible] talis eſt illa, quæ venit à ſolo DEO. Vide, quanta ſit laus, quam [illegible]

nota tibi tribuit Curia Cœleſtis, *Populus fortis.* Laus iſta tanti non eſſet, niſi aditum præpararet ad illam, quæ eſt à DEO. adeò certum eſt, illam duntaxat veram eſſe gloriam, *quæ à DEO ſolo eſt.*

4. Conſidera tanti faciendam eſſe æſtimationem, quam DEUS de te habet, ut nec ipſa Beatitudo in pari pretio ſit habenda, quia Beatitudo ponit te eſſe æſtimabilem, æſtimatio verò, quam DEUS de te habet, etiam facit. Unde nota, quomodo loquatur Dominus: *& gloriam, quæ à ſolo DEO eſt, non quæritis.* nec dicere quidem voluit *apud DEUM*, ſed dicit *à DEO*, ut intelligatur, de quâ gloriâ loquatur. Multi curant, ut ſalvi fiant, & ſic multi procurant gloriam, quæ *apud Deum* eſt: ſed pauci curant ſoli DEO placere, ſine proprio quæſtu ſaltem vel hujus gloriæ, atque idcirco pauci procurant gloriam, *quæ à ſolo DEO eſt.* Et tamen ad hoc ipſum videtur invitare Chriſtus, cùm dicit *à DEO*, quia illud, in omni perfectionis rigore, videtur idem eſſe, ac non velle aliud quàm illam gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, nempe velle ipſi equidem placere, ſed non ob aliud, quàm hoc ipſum, ut illi placeat: *ut ei placeat, cui ſe probavit.* 2.Tim.2. v.4. Scio quærere gloriam, *quæ apud DEUM eſt*, non præjudicare quidquam fidei etiam vivæ, potiùs eam juvat, quia animat ad operandum. præjudicat tamen fidei ſaltem vivaciſſimæ, quia facit, ut non opereris ex puro & ſolo Charitatis impulſu. *Charitas non quærit, quæ ſua ſunt.* 1.Cor.10.v.15. Qui vult multum placere DEO, neceſſe eſt, ut exuat omnem affectum ad ſeipſum. *Nemo, quod ſuum eſt, quærat*, ita ut quærat placere illi, ſed non quærat ad proprium emolumentum: ſolùm quærat ad exequendum id, quod ipſe mandavit, nempe ut quæramus ipſi placere. Hoc enimverò eſt velle placere ſoli DEO, procurare gloriam, quæ DEO redditur, & ſimul non curare gloriam, quam reddit DEUS in Regia Paradiſi. *Recti diligunt te*, non *diligunt tua.* Cant.1. v.5. Hoc eſt amando quaſi ex æquo certare cum DEO. *Dilectus meus mihi & ego illi.* Cant. 2. v. 16. quia eſt velle amare ipſum, ut ille nos amat unicè noſtro commodo. ille me amat abſque ſuo emolumento, & ſic totus eſt *mihi*, non *ſibi.* & ſine meo emolumento ego volo amare ipſum, & eſſe totus *illi*, non *mihi.* *Dilectus meus mihi & ego illi.* niſi quòd in conflictu Charitatis tam pulchro vincamus, ut ita loquar, & evadamus Superiores, prout vicit Jacob; quoniam DEUS ſine noſtris bonis ſe ipſo beatus eſt, nos autem ſine bonis ipſius quid ſumus?

5. Conſidera, quomodo hæc omnia mirificè implerit S. Patriarcha Ignatius, qui velut novellus Jacob egreſſus domo ſuâ cum ſolo baculo in manu vidit in diebus ſuis dari ſibi à DEO tam nobilem propaginem: *Dilataberis ad Occidentem, & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem.* Gen.38.

v. 14. quæſivit haud dubiè deſpondere ſibi vitas duas adeò laudabiles, Liam, & Rachelem, Activam & Contemplativam. Nihilominus non videtur in hoc poſuiſſe fundamentum ſanctitatis ſuæ, ſed in contemptu omnis gloriæ, quæ eſt ab hominibus. *In cœtu eorum non ſit gloria mea.* Gen. 49. v. 6. Iſta fuerunt verba moribundi Jacob, & eadem fuerunt verba Ignatii jam ſibi mortui, ut DEO viveret. atque ideo evaſit deinde inſtrumentum tam ſtupendum procurandæ gloriæ Divinæ, quia ſprevit, & omnino ſprevit humanam. Ex hoc contemptu primò manavit fides illa altiſſima, quâ ſe præditum agnovit: fides tam fortis in intellectu, & ideo tam vera, ut dicere eſſet ſolitus, ſi univerſus mundus deficeret à Chriſto, ſe ſolum perſtiturum in fide, vel ex eo, quod Manreſæ cognoviſſet de ipſo, cùm ſcilicet modo ſuo dicere potuit cum Jacob: *Vidi DEUM facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea.* anima, quæ priùs ſe perditum ibat. Gen. 32. v. 3. Et fides adeò fervens in voluntate, atque ideo tam viva, ut vellet ipſe pro omnibus atq; in omnibus operari in honorẽ Dei, in plateis, in Tẽplis, in carceribus, in ſcholis, in hoſpitalibus, in agris, agitatione quadã indefeſsâ, in æſtu & frigore: *Die noctuque æſtu urebar & gelu, fugiebâtque ſomnus ab oculis meis.* Gen. 31. v. 40. nec ſolùm in his gloriam ab hominibus non quæſivit, ſed *nec accepit*; imò potiùs omni ſtudio

vitavit, uti inter cetera ſecit ...
patriam reverſus cautè ...
mnem occurſum honorificum, ...
magis haberet ſuſpectum, ...
Jacob habuit ſuum. Hinc ...
re ſolebat, ſe denique ...
ſe, ut ab omnibus pro ſtulto ...
tur, ſi ſine culpa ſua comm...
judicium potuiſſet conſequi. ...
ita DEI gloriam quæſivit, ...
quæreret eligendo talem mod...
ctitatis, quæ in ſpeciem nihil ...
ſingulare, auſterum, aſper...
conſequenter admirandũ, ſolum ...
judicaret id aptius futurum ...
Divino ad juvandas animas ...
dilectas. nec ſatiari potuit ...
repetendis verbis illis Jacob ...
rimis, quæ potiore jure dic...
DEO ex cordis affectu, quam ...
Eſau ex timida adulatione: *...*
*tantùm indigeo, ut inveniam ...*
*in conſpectu tuo Domine mi.* Gen. ...
v. 15. Quid futurum erat ...
de, cui non renuntiâſſet ad ...
illi gloriam? Renuntiâſſet ...
tudini Cœleſti. Id quod ali...
rat, quàm quærere illam glori...
*à ſolo DEO eſt. imò, quæ ſolius ...*
*eſt*: non illam, *quæ eſt apud D...*
Adeò inſignis luctator cum DEO ...
in hoc eximio Charitatis cert...
Quodſi ipſe quoque *fortis in ho...*
*contra DEUM*; quid mirum, ...
*magis* deinde *contra homines* ...
*ris*, tot pertrahendo ad DEUM ...
32. v. 28. Tu ſanctum hunc ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

chàm Advocatum elige ad ſpernendā gloriam humanam, nec exiſtima à me illum tibi offerri tanquam à partiali ex communi affectu, quo quiſque filiorum etiam minimus in Patrem fertur: ſiquidem ipſe Chriſtus daturus dilectæ ſuæ filiæ Magdalenæ Paziæ de Cœlo ſanctum, qui ipſi ſublimiſſimum Humilitatis diſciplinam tradere, ex omnibus S. Ignatium delegit. In quo denique ſtupendum in modum expreſſit ſenſum illum viliſſimum, quem de ſe Jacob demonſtravit, cùm dixit DEO: *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & voluntate tuâ, quam expleviſti ſervo tuo.* Gen. 33. v. 10. niſi fortè alium longè etiam humiliorem expreſſit, cùm jam jam ultimum daturus halitum hanc poſtremam gratiam poſtulavit à filijs, cùm ijs benediceret, non ut eum ſepelirent, prout Jacob petebat, *in ſpelunca duplici*, geminato honore, qui cadaveribus conceditur Illuſtrium perſonarum. Sepulcri ſcilicet, & tumbæ, ſed inſtar canis mortui in ſimetum abijcerent.

* * *



AUGU-